

De quæstione quæ vocatur Magdalenica.

Victor Antiochenus († sæc. V.).

A Victore scripta esse dicitur „Catena in Marcum“, ¹⁾ quæ ad cap. xiv. hæc habet: ²⁾ „Quæ in Bethania in domo Simonis leprosi acciderunt, illa etiam Matthæus æque atque Marcus cæteris adiungit. Et prima quidem facie unam eandemque mulierem [!] apud omnes Evangelistas decantari videri queat: et tamen res ita non habet. Nam apud tres una eademque celebratur, nempe admirabilis illa Lazari soror Maria. Atque hoc ipsum quoque Joannes Regiæ civitatis Episcopus profitetur.“ ³⁾ Origenes vero aliam illam esse dicit, quæ apud Matthæum et Marcum in domo Simonis leprosi unguentum super caput Jesu effudit, aliam rursus eam, quæ cum in civitate peccatrix esset, in domum Pharisæi ingressa, pedes illius lachrymis abluit, et unguento perfudit. Apollinarius tandem et

¹⁾ Ceillier, Histoire générale des auteurs sacrés et ecclésiastiques, tom. VIII. pag. 324 (Paris 1861) de Cyrillo Alexandrino: „On n'a“ inquit „point de preuve . . . et moins encore qu'il soit auteur de la Chaîne sur saint Marc, que d'autres attribuent à Victor d'Antioche.“ Dupin, Nouvelle bibliothèque des auteurs ecclésiastiques, seconde édition, Paris 1690, sine ulla dubitatione dicit a Victore hunc librum esse compositum, cum scribit tom. III. pag. 74: „Ce Victor Prestre d'Antioche a fait un Commentaire sur l'Evangile de Saint Marc, qui a esté traduit en Latin, et donné au public par Peltanus.“ Idem fere sentit Fessler, Institutt. patrologie, Oeniponte 1851, tom. II. pag. 569 in annot. 6: „Quæ insuper sive in editis, sive in Mss. Cyrillo Alexandrino aliquando tribuuntur, ex. gr. Catena in Marcum (quæ rectius Victori, Antiocheno presbytero, adscribitur) . . .“

²⁾ In Maxima bibliotheca veterum Patrum, Lugduni 1677, tom. IV. pag. 406. Exstat exemplar Græcum, sed apud Migne nihil repperi.

³⁾ Errat Victor, si quidem ille hunc librum conscripsit, cum hoc dicit. Nam Joannes Chrysostomus duas ille quidem existimat fuisse unctrices, sed eam, quæ est apud s. Joannem, discernit ab ea, a qua reliqui tres Dominum unctum esse tradunt: v. libelli, quem anno 1880 scripsi, pag. 21. Et ne ea quidem, quæ sequuntur, recte dicta esse videantur; nam cum scriptum esset, Chrysostomum eiusdem Mariæ, Lazari sororis, unctionem ab Joanne, Matthæo, Marco describi ratum Mariam aliam fuisse putare atque peccatricem, dicendum erat, Origenem longius progressum etiam eam, quæ esset apud Matthæum et Marcum, unctricem distinxisse a Maria, Lazari sorore. Omnia autem rectissime essent, si ipsius Chrysostomi sententia esset exposita. Quæ cum ita sint, nescio an recte quis possit suspicari, hunc locum vitio non carere. Quamquam quemadmodum hæc verba emendari possint, non video, cum dissentiat Victor a Chrysostomo. Utcunque autem ea se res habet, id constat, hunc locum non admodum idoneum esse ad confirmandam sententiam eorum, qui compositam esse putant hanc catenam a Victore. Severus quidem Antiochenus († c. a. 540) recte dicit (Migne, Ser. Græc. tom. I. pag. 775 in annot. 40): „Ο δὲ χρυσόστος τὴν γλῶσσαν . . . δύο ταύτας τὰς γυναῖκας εἶναι φησι, μίαν μὲν τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, ἐτέραν δὲ τὴν παρὰ τοῖς τρισίν.“

Theodorus eandem apud omnes Evangelistas describi aiunt, Joannem vero historiam illam caeteris accuratius persecutum.¹⁾

Argumenta autem ad probandam suam de hac re opinionem ex ipsa sumit s. scriptura.¹⁾

Severianus Gabalitanus († non multo post a. 408).

Severiani cum aliæ orationes tum sex „de mundi creatione“ exstant.²⁾ In quinta earum scripta sunt hæc:³⁾

„Ποῦ δὲν πάλιν ἰδεῖν ἄνθρωπον γυμνὸν καὶ μὴ αἰσχυνόμενον; Ἐν τῷ Χριστῷ αὐτὸν εὐρίσκεις. Ἡλθε Πέτρος καὶ Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβος εἰς τὸ μνημεῖον, ζητοῦντες τὸ σῶμα, καὶ οὐχ εὗρον· ἀλλ' εὗρον ἱμάτια ἐντετυλιγμένα, ἵνα δεῖξθῃ, ὅτι, μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ, ἀποσώζεται ἐν αὐτῷ τὸ ἀρχαῖον σχῆμα τοῦ Ἀδάμ, καὶ γίνεται ἐκτὸς ἱματίων, οὐ γυμνός, ἀλλ' ἡμφιεσμένος. Ἡγέρθη Χριστὸς, καὶ ἀποδύεται τὰ ἱμάτια ἃ ἐνεδύσατο ὁ Ἀδάμ, καὶ ἦν γυμνός, καὶ γυμνός οὐκ ἐβλέπετο. Μετὰ τὴν ἀνάστασιν γυναῖκες τὰ ἱμάτια βλέπουσιν ἐξοριμένα. Μάρθα καὶ Μαρία ὁρῶσιν αὐτὸν, γνωρίζουσι, προσκίπτονσι, καὶ γυμνὸν οὐ βλέπουσι.“

Dubium esse vix potest, quin hoc loco Maria, Marthæ soror, intellegenda sit ea Maria, quæ Dominum dicitur vidisse; cui s. scriptura cognomen dat Magdalenæ. Sed cum neque apud ss. Evangelistas neque apud quemquam alium veterum scriptorum, quantum scio, scriptum videamus Dominum, cum ab inferis exstitisset, apparuisse Marthæ,⁴⁾ res multum habet offensionis. Obversata autem Severiano videntur ea, quæ s. Matthæus tradit cap. xxviii. vers. 9,⁵⁾ qui primo versu nominaverat Mariam Magdalenam et alteram Mariam.⁶⁾ Atque eo magis res in suspitionem venit, quod ab eodem Severiano

¹⁾ Ut alia omittam, hæc dicit l. l.: „Hæc itaque et peccatrix erat, et in civitate vivebat. Altera autem illa neque peccatrix appellatur neque in civitate versata describitur, sed in Bethaniæ vico.“

²⁾ Fessler, l. l. tom. II. pag. 60 annot. 2. Ceillier, l. l. tom. VII. pag. 205, hæc dicit: „Dans un manuscrit du Vatican et dans plusieurs autres, les six homélies sur la Création sont attribuées à saint Chrysostôme; ce qui, sans doute, n'est venu que de la part des copistes qui, pour vendre plus chèrement leurs exemplaires, mettaient sous le nom de ce Père le plus grand nombre d'homélies qu'ils pouvaient, afin de leur donner de la réputation. Mais on convient unanimement aujourd'hui qu'elles sont de Sévérien, évêque de Gabales, contemporain de saint Chrysostôme; et Cosme l'Egyptien le dit assez nettement dans sa Topographie chrétienne, donnée au public en 1706 par le P. de Montfaucon . . .“ cf. etiam Dupin, l. l. tom. III. pag. 76.

³⁾ Migne, Ser. Græc. tom. LVI. pag. 483 (493).

⁴⁾ Unum hoc repperi apud Baronium, Annal. Eccles., Colon. Agripp. 1624, tom. I. ad Christi annum 34 (CLXXXVI): „Non igitur una tantum Maria Magdalene, quam nominat Joannes, nec altera solum Maria, quam recenset Matthæus, venerunt ad monumentum, sed et Salome, quam inter alias numerat Marcus atque etiam omnes, quæ secutæ fuerant Jesum a Galilæa, ut post dictas Joanna, uxor Chusæ, procuratoris Herodis, ac cæteræ, ut tradit Lucas, quæ cum eis erant, quarum ignorantur nomina. In Ordine Romano, ex maiorum puto traditione, additur et Martha, dum sic antiphona canitur: Maria et Martha cum venissent ad monumentum, Angeli splendentes apparuerunt dicentes: Quem quaeritis viventem cum mortuis?“

⁵⁾ „Καὶ ἰδοὺ ὁ Ἰησοῦς ὑπὲρ ἦν αὐταῖς λέγων Χαίρειτε· αἱ δὲ προσελθοῦσαι ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ.“

⁶⁾ „Ὅψὲ δὲ σαββάτων, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, ἦλθεν Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ ἡ ἄλλη Μαρία θεωρῆσαι τὸν τάφον.“ Hæc autem altera Maria ab eodem Matthæo XXVII, 56 vocata erat „Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Ἰωσὴ μήτηρ“; cf. etiam Marc. XVI, 1 et Luc. XXIV, 10.

scriptum est, Petrum et Joannem et Jacobum ad Domini sepulcrum venisse; nam solos Petrum et Joannem venisse tradit ipse Joannes.¹⁾ Quæ ut alicunde hic acceperit, non erat, cur non utroque loco eosdem nominaret, qui nominantur a ss. Evangelistis, quoniam nihil intererat, quæ dominum vidissent mulieres aut qui ad sepulcrum venissent discipuli. Quamobrem non puto iniuriam inferri huic, si quis eum opinetur et Petro atque Joanni adiunxisse propterea Jacobum, quod hi sæpius una nominati sint, et eadem de causa dixisse Marthæ et Mariæ apparuisse Dominum. Quod si ita est, si tanta ille in scribendo usus est aut neglegentia aut ignoratione, fieri potuit, ut ne cogitaret quidem de Maria Magdalena, præsertim cum scriberet „Μάρθα καὶ Μαρία“, non „Μαρία καὶ Μάρθα.“ Hac enim in re sine dubio prior nominanda erat Maria. Itaque vix quemquam esse puto, qui audeat dicere, sic nos a bono auctore de hac re scriptum accepisse.²⁾

Hesychius Hierosolymitanus († sæc. V.).

Hesychius tres fuisse unctrices dicit in „Quæstionum difficultate xxxi“:³⁾
 „Απορία. Τίνος χάριν ὁ μὲν πρὸς ἑξ ἡμερῶν τοῦ Πάσχα, ὁ δὲ πρὸς δύο τὴν ἱστορίαν τοῦ μύθου λέγουσιν, καίτοι ἑκάτερος ἐν Βηθανίᾳ ταύτην γενέσθαι ἐκθέμενος· καὶ ὁ μὲν πάντας εἶπε τοὺς μαθητὰς μέμψασθαι τῇ γυναικί, ὁ δὲ τὸν Ἰούδαν μόνον, καίτοι ἀμφοτέροι τῆς οἰκίας Σίμωνος μνημονεύσαντες;⁴⁾ — Αὔσις. Ἐκ τούτων δείκνυται, διάφορα πρόσωπα ἐν διαφόροις καιροῖς τῷ μύθῳ τὸν Κύριον ἀλειψαί. Ἡ μὲν γὰρ παρὰ τῷ Αὐκῆ ἀρχαιοτέρα τῶν ἄλλων ἱστορεῖται, οὐκ ἐν Βηθανίᾳ ἀλλ' ἐν Γαλιλαίᾳ τοῦτο πράξασα παρὰ Σίμωνί τινι Φαρισαίῳ, οὗ μέντοι γε λεπρῷ, καθάπερ Ματθαίῳ δοκεῖ καὶ Μάρκῳ πρὸς ἑξ ἡμερῶν τοῦ Πάσχα τοῦτο ὑπὸ τῆς γυναικὸς πεπραχθαι. Ὡσαύτως δὲ καὶ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ ἑτέρα παρὰ ταύτας· Αἰζάρου γὰρ ἦν ἀδελφή. Ὅθεν συνέβαινε, ποτὲ μὲν ἅπαντας τοὺς μαθητὰς ἐπιτιμῆσαι, ποτὲ δὲ τὸν Ἰούδαν, οὐχ ἑνὸς προσώπου ἀλλὰ διαφόρων ὄντων τῶν ἐπιτιμηθέντων.“

Idem in difficultate L.⁵⁾ tres Magdalenas fuisse putat⁶⁾ additque, ex una earum Dominum septem dæmones expulisse; de mulieribus autem unctricibus nihil affert.

¹⁾ XX, 2—10: „2. Τρέχει οὖν [Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ] καὶ ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον καὶ πρὸς τὸν ἄλλον μαθητὴν ὃν ἐπέλεξε ὁ Ἰησοῦς, καὶ λέγει αὐτοῖς . . . 3. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Πέτρος καὶ ὁ ἄλλος μαθητής, καὶ ἤρχοντο εἰς τὸ μνημεῖον.“

²⁾ Sane non laudat eum Ceillier, cum dicit l. l.: „Son style est assez concis, mais sec, plein d'antithèses et de figures, et il répète plusieurs fois la même chose sans sujet et en parlant de matières qui ne sont d'aucune importance. Il aime à entrer dans la discussion des choses naturelles, et n'y réussit que rarement.“

³⁾ Migne, Ser. Græc. tom. XCIII. pag. 1420.

⁴⁾ At Joannes Simonem non nominat nec quicquam dicit, unde de Simone leproso intellegi possit eum cogitare: v. cap. XII, v. 1 et 2.

⁵⁾ Migne, l. l. pag. 1433: „Εὐρίσκομεν πολλὴν εἶναι συνωνυμίαν ἐν τῇ θεῇ Γραφῇ, ὥστε καὶ νῦν συμβαίνει. Ὅθεν καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς Θεοτόκου τῷ αὐτῷ ἐκέκλητο ὀνόματι καὶ Μαρία Ἰακώβου. Συνέβαινε δὲ καὶ Μαγδαληνὰς οὐ μίαν εἶναι καὶ δύο μόνον ἀλλὰ καὶ τρεῖς· ὧν ἡ μία ἐκ δαιμόνων ἐπὶ τὰ κεκαθάριστο.“

⁶⁾ Non satis cum hac sententia congruere videtur is locus, qui est in altera in Christi resurrectionem oratione (quam ab Hesychio habitam esse dicit Fessler, l. l. tom. I. pag. 615 annot. 1; cf. quæ dixi in huius

S. Isidorus Pelusiota († c. a. 434).

Tribus locis s. Isidorus de unctione Domini loquitur, de quibus deinceps est disputandum. Primus locus est in Epistularum lib. I. epist. CXLII: ¹⁾

„Τὸ δεύτερον δὲ ἡγίασεν, ἐπειδὴ πᾶν ἁμάρτημα . . . ἀφιέναι ἀλλήλοις παρὰ Χριστοῦ ἐκελεύσθημεν καὶ διδάξαντος καὶ ποιήσαντος οὕτως. Διδάξαντος μὲν . . . , ποιήσαντος δὲ ἐν τῇ τὴν πόρνην καὶ τὸν τελώνην Μαθαῖον καὶ Σαμαρείτιδα καὶ Παράλυτον, καὶ αὐτὸν Πέτρον, τὸν τοῦ θιάσου [τῶν] μαθητῶν κορυφαῖον, οὐ μόνον σωματικῶν ἀλλὰ καὶ ψυχικῶν [ἀπολῦσαι] ἁμαρτημάτων καὶ νοσημάτων. Εἰ οὖν [τὸν] Χριστὸν θέλεις μιμήσασθαι, τὰ μεγάλα συγχώρει τοῖς πταίονσιν ἁμαρτήματα.“

His verbis quamquam negari non potest fieri posse, ut aliquis in eam sententiam adducatur ut putet, Isidorum aliam fuisse existimare peccatricem ac Mariam, Lazari sororem, tamen haec et, quae sunt eiusdem generis, in sola opinione posita sunt.²⁾

Et ne ex altero quidem loco satis potest cognosci, quid ille de hac re sentiat. Scripta sunt enim in lib. II. epistula LXXXVIII ³⁾ haec:

„Ἐπειδὴ γέγραπται θαυμάζειν ὅπως ὁ Χριστὸς τοὺς φοιτητὰς ἐπεστόμισεν ἐπιτιμῶσας τῇ πολυτίμῳ μύρον ἐκχεῖν μὴ παραιτησαμένη, καὶ τοὶ δόξαντας τὸν ὑπὲρ τῶν πτωχῶν ποιεῖσθαι λόγον· φημί, ὅτι . . . Ὁ γὰρ λέγων, „Ἐλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν“ . . . οὐκ ἂν εἰς τοῦναντίον περιετράπη. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ προσελθούσα γυνὴ ἔφθη ἐκχεῖν τὸ ἐλαιον, ἀποπότατον ἡγήσατο ἡ θεία σοφία πηρῶσαι αὐτῆς τὴν πίστιν. Διὸ καὶ συνηγόρησεν αὐτῇ, καὶ εἶπεν· „Ἔργον γὰρ καλὸν ἐποίησεν.“ Ὅρα τὴν ἀρρόγητον σοφίαν. Οὐκ εἶπε, καλὸν ἔργον γέγονεν, ἀλλ' Ἐποίησεν. Οὐ γὰρ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζει, ἀλλὰ μετὰ τοῦ προσώπου τῆς γυναικὸς, οἰοῦναι λέγων: Ἐπειδὴ ἡπᾶς ἐποίησεν, ἀποδοχῆς ἐστὶν ἀξία.“

libelli part. I. pag. 20): „Ἐπειδὴ δὲ πολλῶν Μαρῶν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φέρεται μνήμη, τρεῖς εἶναι τὰς πάσας γινώσκων ὀφείλομεν, ἃς ὁ Ἰωάννης συλλήβδην ἡρώδησε φήσας. Εἰσέτις τις δὲ παρὰ τῷ στανθῶ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, Μαρία ἡ τοῦ Κλεόφα, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνή.“ Ab eodem Hesychio scriptam esse „Anastasio Sinaite questionem CLIII“ (cf. quae dixi l. I. annot. 4) dicit Migne, Ser. Graec. tom. XCIII. pag. 1433 annot. 27: „Et vide Anastasio questionem 153, cui recte praepositur apud Lambecium, lib. III, ms. 89, pag. 197: „Ἡσυχίου πρεσβυτέρου“. Ceillier, l. I. tom. XI. pag. 601 haec habet: „Il vaut donc mieux s'en tenir à l'opinion commune, qui donne les Questions à Anastase-le-Sinaïte, dont elles portent le nom dans plusieurs manuscrits, et à qui elles sont attribuées par le solitaire Philippe, qui écrivait vers l'an 1105“ et pag. 604: „Lambecius remarque que la 42^e [question] est tirée du commentaire de saint Hippolyte sur le Cantique des cantiques . . . la 153^e du prêtre Hésychius.“ Magis etiam dubitationem movent ea, quae utroque loco sequuntur: „Μαρίαν γὰρ τὴν Ἰακώβου καὶ Ἰωσὴ μητέρα παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐαγγελισταῖς ἀνομασμένην τὴν Θεοτόκον εἶναι (καὶ οὐκ ἄλλην, πεπιστεύκαμεν αὐτὴν μεμαθήκαμεν)“. Nam in difficultate L. scriptum est hoc (v. pag. 5 annot. 5): „Ὅθεν καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς Θεοτόκου τῷ αὐτῷ ἐκέκλητο ὀνόματι καὶ Μαρία Ἰακώβου.“ Quae cum ita sint, vereor ne isti loci non ab Hesychio scripti sint. Ceillier tamen, l. I. tom. XI. pag. 656, haec scribit: „La quatrième [Homélie] est sur la Résurrection; elle a passé quelque temps pour le second discours de saint Grégoire de Nysse sur la Résurrection; mais on convient aujourd'hui qu'elle est d'Hésychius, prêtre de Jérusalem, dont elle porte le nom dans les Manuscrits.“

¹⁾ Migne, Ser. Graec. tom. LXXVIII. pag. 277 (44).

²⁾ Neque est nullius momenti, quod ipse Matthaeus eum, qui in telonio sedebat, suo nomine appellat cap. IX. v. 9: „Καὶ παράγων ἐκείθεν ὁ Ἰησοῦς εἶδεν ἄνθρωπον καθήμενον ἐπὶ τῷ τελωνίῳ, Μαθαῖον λεγόμενον, . . .“

³⁾ Migne, l. I. pag. 532 (161).

Hoc loco cum ceteris in rebus iisdem fere utatur verbis, quibus usi sunt Matthæus ¹⁾ et Marcus, ²⁾ nescio an illud *πρωῶσαι αὐτῆς τὴν πίστιν* videri possit ad ea spectare, quæ narrantur de unctione a Luca. ³⁾ Quod si ita est, ⁴⁾ facile intellegitur, qui factum sit, ut ab eodem in lib. II. epistula CLVII, qui est tertius de hac re locus, scriberetur: ⁵⁾

„Εἶπε κατὰδὴλον ποιήσῃν ὅπερ ἐποίησεν ἡ καταχέασα τοῖς ποσὶν αὐτοῦ τὸ μύρον γυνή. Καὶ οὐδένα διέλαθε τὸ γεγονός.“

Tamen idem iure meritoque dici potest de Maria, Lazari sorore, quæ ipsa quoque pedes Domini unxit; ⁶⁾ Matthæus autem et Marcus, qui soli Dominum prædicentem faciunt fore, ut unctricis laus per totum orbem terrarum diffundatur, tradunt caput Domini unctum esse. Certe illud dubium esse non potest, quin plus quam duas unctrices esse Isidorus non putaverit. ⁷⁾

S. Cyrillus Alexandrinus († a. 444).

Quæ ex s. Cyrilli Commentarii in Evang. Joannis lib. VII. et VIII. exstant, ⁸⁾ ea declarare videntur internoscere eum Mariam, Lazari sororem, a peccatrice. Ad Joan. XI, 1 enim scripta sunt hæc: ⁹⁾

„Ἐπίτηδες δὲ μέμνηται τῶν ὀνομάτων τῶν γυναικῶν ὁ εὐαγγελιστὴς δεικνύς, ὅτι ἐπίσημοι ἦσαν ὡς Θεοσεβεῖς · διὸ καὶ ἡγάπα αὐτὰς ὁ Κύριος. Πολλῶν δὲ γεγονότων, ὡς εἰκὸς, εἰς τὸν Κύριον ὑπὸ τῆς Μαρίας, τοῦ μύρου μέμνηται οὐχ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὅτι

¹⁾ XXVI, 6—13.

²⁾ XIV, 3—9.

³⁾ VII, 50: „Ἡ πίστις σου σέσωκέν σε.“ Idem dicit Isidorus in iis, quæ sequuntur: „... Ὡς περ γὰρ, εἰ πρὸ τοῦ ἐκχεῖν ἡρωτήθη, ἐκέλευσεν ἂν αὐτὸ πρᾶξῃν καὶ δοθῇναι πτωχοῖς, οὕτως μετὰ τὸ ἐκχεῖν αἰτοπον ἦν διὰ τῆς ἐπιτιμῆσεως σβέσαι τῆς γυναικὸς τὴν πίστιν.“ — Ne quis putet, ea de causa peccatricem intellegendam esse, quod in eadem epistula hæc mulier vocetur *γύναιον*: „Εἰ δὲ μὴ τοῦτο τῷ νῷ ἀπεδέξαιτο τὸ γύναιον, ἐχρὴν νομοθεῖσαι πᾶσι μιμῆσασθαι αὐτήν“: s. Proclus († a. 446) scribit „τὸ σεμνὸν ἐκείνο καὶ φιλόθεον γύναιον“ (Migne, Ser. Græc. tom. LXV. pag. 780).

⁴⁾ Dicet aliquis, si peccatrix fuisset ea, quæ altero loco Dominum unxisse dicitur, non esse dubium, quin scriptor dicturus fuerit, probandam eius unctionem fuisse, quippe quæ facta esset a peccatrice; quod idem dixisse Clementem Alexandrinum (v. huius libelli part. I pag. 9). At potest hæc conclusio iacere; nam sæpe „sapientissimos veterum diversos reperies.“

⁵⁾ Migne, l. I. pag. 609 (200).

⁶⁾ Joan. XI, 2 et XII, 3.

⁷⁾ Satis tamen mirandum est, quod idem in Epistularum lib. I. epist. CXCIV (Migne l. I. pag. 308) hæc scribit: „Οὐκ ἐθέρισεν [ὁ Κύριος] αἰτεῖν τὸν Ἰησοῦ ἁμαρτάνοντα, ἵνα μὴ συνεκτιλ[λ]ῃ τὸν Ἰωβ, ἐξ ἐκείνου γινόμενον · μὴ θανατώσας τελωνοῦντα Μαθθαῖον, ἵνα μὴ κωλύσῃ τὸ Εὐαγγέλιον · μὴ νεκρώσας ἀσελγοῦσας πόρνας, ἵνα μὴ τῆς μετανοίας οἱ τύποι ἀργήσωσιν · μὴ ἀμυνάμενος τοῦ Πέτρου τὴν ἄρνησιν...“ Eodem tamen modo scriptum est in quarta s. Amphilochoi homilia (v. part. I. pag. 19) (Migne, tom. XXXIX. pag. 69): „Καὶ Φαρισαῖοι συνεσιᾶται, καὶ τελῶνας οὐκ ἀποσείεται, καὶ πόρνας προσδέχεται...“ Eadem homilia iterum invenitur apud Migne, tom. LXI. pag. 740 sqq.

⁸⁾ „Commentarius in Evangelium Joannis (T. IV.) proprie 12 libris constat, quorum duo in medio (lib. VII. et VIII. continentes explanationem Joh. 10, 18—12, 48) præter nonnulla fragmenta exciderunt“: Fessler, l. I. tom. II. pag. 562.

⁹⁾ Migne, Ser. Græc. tom. LXXIV. pag. 37 (676).

τοσαύτην εἶχε δίψαν ἡ Μαρία περὶ τὸν Χριστὸν, οἷ ἐξέμαζε τοὺς πόδας αὐτοῦ ἰδίαις θοριξί, ζητοῦσα τὴν ἐκ τῆς ἁγίας σαρκὸς πνευματικὴν εὐλογίαν ἀναμύξασθαι. Θερμότερα δὲ ἡ Μαρία διὰ τοῦ προσεδρεύειν ἀπεριπάστως τῷ Χριστῷ τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπισπωμένη οἰκειότητα.¹⁾

In iis, quæ sequuntur: „Ἀποστέλλουσιν αἱ γυναῖκες πρὸς τὸν Κύριον αἰεὶ μὲν θέλονσαι αὐτὸν ἔχειν πλησίον ἑαυτῶν, τότε δὲ εὐπροσώπως τοῦτο διὰ τὸν ἄρρωστοῦντα ποιῶσαι“ alia mihi quidem esse videtur Maria, Lazari soror, atque Maria Magdalena; hoc vero sine ulla dubitatione confirmaverim, in eiusdem commentarii libro XII. aperte Mariam Magdalenam a peccatrice distingui:²⁾

„Τίς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ τοῦ κεκωλύσθαι λόγος προσιοῦσαν αὐτῷ τὴν Μαριάμ, καὶ τῆς ἁγίας σαρκὸς γλιχομένην ἀποθιγεῖν; . . . Οὐκοῦν πρὸ μὲν τῆς ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν ἀδιαφόρως ἐπεμίσγετο δικαίοις τε καὶ ἁμαρτωλοῖς · ἀπεσόβει δὲ παντέλως οὐδένῃ τῶν προσιόντων αὐτῷ. Καὶ γοῦν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου κατακεκλιμένη ποτὲ γυνὴ περ-
ειστήκει κλαίονσα, ἥτις ἦν ἐν τῇ πόλει ἁμαρτωλὸς, καθὰ γέγραπται, καὶ τὴν ἀειφιλόκοσμον ἀπολύσασα τρίχα, καὶ μόλις ἀνείσα τῶν ἀρχαίων κακῶν, περιέματτε τοὺς πόδας, καὶ διακω-
λύσας οὐ φαίνεται. Ἀλλὰ καὶ ὅτε τοῦ ἀρχισυναγώγου τὸ κόριον ἐγερωὺν ἀπῆει, πάλιν προσελ-
θοῦσα γυνὴ ἐν ὀσσει αἵματος οὕσα ἤψατο τοῦ κρασπέδου αὐτοῦ, καὶ χαλεπαίνοντα μὲν οὐδαμῶς εὐρήσομεν . . .“³⁾

S. Proclus († a. 446).

In oratione (x.) „in sanctam Quintam feriam“ s. Proclus cum eam, quam Judas unguentem reprehendit, mulierem vocet sanctam et piam, vix potest esse dubium, quin aliam existimet fuisse Mariam, Lazari sororem, ac peccatricem. Hæc dicit:⁴⁾

¹⁾ Idem significare videntur ea, quæ scripta sunt ad XI, 5 pag. 40 (677): „Καταλέξας δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς τὴν τῶν γυναικῶν ἀρετὴν εἰκότως αὐτὰς ἀγαπᾶσθαι παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἔφη“ et ad XII, 2 pag. 73 (695): „Τῆς Μάρθας ἀπηρτιούσης ἡ Μαρία ἀλείψασα τὸν Κύριον μύρῳ ἐτελείωσε τὴν εἰς αὐτὸν ἀγάπην, καὶ διὰ τῶν δύο τέλειος ὁ τῆς ἀγάπης ὅρος ἐτελειώθη“ et ad XII, 6 pag. 76 (696): „Ἀπολογεῖται δὲ ὑπὲρ τῆς τοῦ μύρου χρήσεως, οὐ διὰ τρυφὴν γεγονυίας, ἀλλὰ διὰ τι μυστήριον, ὅπερ εἰς τὸν αὐτοῦ γέγονεν ἐνταγισμόν, εἰ καὶ ἡγνέει ἡ ποιήσασα τοῦ μυστηρίου τὴν οἰκονομίαν.“ Neque ulla est causa, cur putetur s. Cyrillus existimasse, eandem Mariam bis Dominum unxisse, primo, cum peccatrix esset, deinde, cum esset pia. In reliquiis autem commentarii ad Luc. cap. VII. n. 36 (Migne, tom. LXXII. pag. 624 [217]) nihil est, quod ad hanc quæstionem pertineat, nisi hoc: „Εἴτα γύναιον ἐπεισιρέχει, ἀκόλαστον μὲν ἐν τῷ βίῳ γενόμενον, πιστὴν δὲ προαίρεσιν ἐπιδεικνύμενον.“ De hoc commentario Ceillier, l. I. tom. VIII. pag. 324, hoc dicit: „Nous avons perdu . . . ses commentaires sur l'Évangile de saint Matthieu, sur saint Luc et sur l'Épître aux Hébreux.“ Fessler autem, quamquam dubitare videtur, utrum hæc reliquiæ s. Cyrilli sint necne, scribit l. I. tom. II. pag. 566 annot. 1: „Fragmenta interpretationis Evangelii Lucae leguntur in A. Maji Auctorum classicorum ex Codd. Vaticanis editorum T. X. (Romæ 1838) p. 1—407, 501—546, 605—613 et in Ejusdem Nova Collect. Veterum Scriptorum T. IX. p. 741“. At apud Alzog, l. I. pag. 287, hæc sunt: „b) Vollständige Commen-
tare zu den Psalmen, zu Jesaias, zu allen 12 kleinen Propheten, zu Lucas, zu Johannes . . .“

²⁾ Migne, l. I. pag. 693 (1085).

³⁾ Idem, l. I. pag. 696 (1086), hanc affert causam, cur Dominus non permiserit Magdalenæ ipsum tangere: „ὥς οὐπω τὸ Πνεῦμα λαβοῦσαν ἀπείργει τὴν Μαριάμ.“ Neque facile a me impetro ut credam, temere Cyrillum, cum de Maria, Lazari sorore, loquatur, dicere „Μαρία, Μαρίας, Μαρίαν“, Mariam autem Magdalenam nominare „Μαριάμ (et Μαρία), (τῆς) Μαριάμ, (τῇ) Μαριάμ, (τὴν) Μαριάμ“.

⁴⁾ Migne, Ser. Græc. tom. LXV. pag. 780 (79).

„Ὡς ἀκριβοῦς προῤῥήσεως! ποῦν τε τρόπον εἰς τοιαύτην ἐξεβάκχενσας ἀπλησίαν, ὧς Ἰούδα! Καὶ γὰρ ὅτε τὸ μύρον ἐν τῷ δείπνῳ κατέχευεν τὸ σεμνὸν ἐκεῖνο καὶ φιλόθεον γύναιον, ἐπὶ τῆς ἔνδον μυχούσης ἐν σοὶ φιλαργυρίας ἔφασκες· Ἡδύνατο τοῦτο τὸ μύρον πρᾶθῆναι τριακοσίων δηναρίων καὶ δοθῆναι πτωχοῖς.“

Non enim vereor, ne ille putaverit, Mariam antea impie ac flagitiose vixisse datamque esse poenitenti unctrici veniam, eandemque postea iterum Dominum unxisse. Nam neque dicit quicquam, unde id colligi possit, et summa ei cum s. Chrysostomo fuerat necessitudo.¹⁾

Nonnus († saec. V).

Nonnus Panopolitanus „Paraphrasim in Joannem“ scripsit, ex qua eos, qui huc spectant, locos afferam. Ac primum quidem in capite XI. haec sunt:²⁾

„Ἦν δέ τις ἀδρανέων ροσερῶ πρὸς Ἀάζαρος ἀνὴρ
Βηθανίης ἔντοσθεν αἰδομένης, ἀπὸ κόμης
Μάρθης καὶ Μαρίας. Μαρὶα δὲ φατίζετο κείνῃ
Χριστοῦ καλλιέθειρα θεηδόκος, ἣ πόδας αὐτοῦ
Ἀμφοτέροισι ἤλειψε μύρον θυόεντος ἑέρση,
Καὶ πλοκάμοις ἀπέμαξε, καὶ ἀμβροσίων ἀπὸ ταρσῶν
Ἀροφανῆς ἐδίηνε διάβροχον ἱμάδι χαίτην,
Χριστοῦ καλλιέθειρα θεηδόκος· ἥς τότε θερμῷ
Νουσαλέφ βαρύγοννος ἱμάσσετο σύγγονος ἀμυῶ.“

In his versibus non satis constat, quid sonet illud „καὶ ἀμβροσίων ἀπὸ ταρσῶν Ἀροφανῆς ἐδίηνε διάβροχον ἱμάδι χαίτην“. Neque illustratur ne latina interpretatione quidem, quæ est apud Migne l. l. „et divinis a pedibus Per summa nitens rigavit madefactum humore capillum.“ Mihi quidem non male hunc locum intellexisse videtur Faillon, cum dicit³⁾: „C'est aussi ce que semble dire Nonnus: il suppose qu'elle oignit d'abord les pieds, et qu'ensuite essuyant le parfum avec ses cheveux, sa grande et belle chevelure en demeura toute brillante de parfum.“ Quamquam non nego, primum legenti mihi Nonnum visum esse dicere, a Maria etiam caput Domini unctum esse eandemque unctionem describi a Matthæo, Marco, Joanne. Sed, ut nihil dicam de voce „ἀροφανῆς“, vix potest esse dubium, quin illud χαίτη de ipsius Mariæ coma scriptum sit. Diiudicata vero res esse videtur eo, quod in capite XII., qui est alter de hac re locus, ubi describitur hæc unctio, — nam in capite XI. prolepsi usum esse scriptorem vel inde apparet, quod in v. 4. scriptum est „Χριστοῦ καλλιέθειρα θεηδόκος“ — capitis unctio non commemoratur. Scripta ibi sunt hæc:⁴⁾

¹⁾ „S. Proclus, adhuc adolescens S. Joanni Chrysostomo inprimis carus, per sacri ministerii gradus in ecclesia Constantinopolitana ad presbyteri dignitatem ascendit“: Fessler, l. l. tom. II. pag. 577.

²⁾ Migne, Ser. Græc. tom. XLIII. pag. 840.

³⁾ l. l. part. I. pag. 148.

⁴⁾ Migne, l. l. pag. 849.

„*Ἀύσατο Βηθανίην, ὅτε γείτονος εἶχον ἑορτῆς*
Ἐξ πάρος ἡμῶτα μόννα λελειμμένα κυκλάδες ὄραι.
Καὶ οἱ δόρπον ἔθεντο · φιλοστόργῳ δὲ μενοινῇ
Μάρθα διακτορίην πολυχανδέος εἶχε τραπέζης ·
Εἷς δ' ἦν δαιτυμόνων ἔτι Ἀῤῥαρος, ἴσος ὀνείρῳ
Πασιφανῆς. Μαρίη δὲ μύρον θνύεντος ἐλοῦσα
Πιστικῆς τρία μέτρα φατιζομένης ἀπὸ νάρδου,
Μάρμαρον ἡέριταζε βεβυσμένον ἄγγος ἐέροσης,
Ἡῤκομος Μαρίη · καὶ δαινυμένον Βασιλῆος
Θεσπεσίους ἤλειψε μύρῳ πόδας · ἐκταδίη δὲ
Ἰκμάδα πιαλέην ἀπεμάξατο μαχλάδι χαίτη.
Νηχομένη δ' ἐμέθυσεν ὅλον δόμον ἐνθεος ὀδυμή·“

In his omnibus Nonnus s. Joannis verbis pæne inhæret neque quicquam de peccatricis unctione dicit.¹⁾ Idem in iis, quibus de Magdalena agit, ne significat quidem, hanc vivum Dominum aut unxisse aut ungere in animo habuisse.²⁾

Eudocia († c. a. 460).

In Maxima bibliotheca veterum Patrum sub Eudociæ nomine Homerocentones qui vocantur typis exscripti sunt, qui hæc habent:³⁾

„Et mulier contra venit apud stabulum domus
 Contra genas habens nitida reticula,
 Et ante ipsum sedit et cepit genua
 Genibus flexis sedens, madebant vero lacrymis sinus,
 Et ei genua osculata est, et cepit manibus pedes,

¹⁾ Nam *μαχλάδι χαίτη* hoc quidem loco non in vitio esse, res ipsa docet; cf. illud „*μάχλον ἄμπελον*“, quod ab Aeschylo scriptum esse dicit Eustathius p. 827, 31 (cf. G. Hermannus in Aeschyli tragoed. ed. II., tom. I. pag. 403 num. 399). Nihil magis ex eo, quod Nonnus scribit l. l.

„*Ἀλλὰ ἔ μύρω*

Ἰησοῦς ἀνέκοψεν, ἔφ' ὁ δ' ἄγ' ὄρενε φονῇ ·

Θηλυτέρης λίπε δῶρον ἀμεμφέος, ὄφρα φυλάξῃ

Σώματος ἡμετέρου κειμήλιον, εἰσόκεν ἔλθῃ

Φοίνιος ἡμετέρων κτερέων ἐπιτύμβιος ὄρη·“

efficitur eum putare, hanc unctricem semper fuisse piam; nam hac ipsa in re non reprehendendam dici Mariam, satis constat. Ex eo autem, quod Maria *θηρόκος* vocatur, illud quidem apparet, Nonno hæc scribenti non ante oculos obversatam esse peccatricis unctionem.

²⁾ In cap. XIX. et XX. Nec potest quicquam inde effici, quod sæpius Maria Magdalena dicitur *φιλοδάκρυος* (pag. 904 et 908); quod quid sibi velit, ipse dicit cap. XX. pag. 909:

„*Μαγδαλινὴ δ' ἐλέλειπτο γυνὴ παρὰ σήματι μούνη,*

Θερμὸν ἀναβλύζουσα γοήμονος ὄμβρον ὀπωπῆς,

Μυρομένη ζώοντα. Δι' εὐφρατός δὲ θυρέτρου

Ὡς ἔτι δακρυχέεσκε λάλον νέκυν ἐγγὺς ἐόντα,

Ἀγγελικὴν ἐνόησε συνωρίδα·“

cf. Joan. XX, 11 et 13.

³⁾ tom. VI. pag. 1166.

Rogabat lugens, et ipsi dixit omnia.
 Fudit autem aureo ex gutto humidum oleum
 Ipsius supra caput et absternit manibus.
 Ministri vero omnes superbe admirati sunt,
 At ipse cognovit suis in mentibus dixitque:
 Huic non inviderem pedes attingere iners.
 O mulier, nullus te mortalium in immensa terra
 Altercabit, quippe enim tua gloria cœlum latum adit.“

Hos versus qui scripsit, is sine dubio a Luca, Matthæo, Marco eandem peccatricis unctionem describi putavit;¹⁾ sed non satis constat, quis scripserit.²⁾

Basilii Seleuciensis († c. a. 459).

Ex iis, quæ Basilius in oratione xxxi. de Juda dicit mulierem illam in unctione Domini vituperante, apparet eum unctionem, quæ est apud Matthæum, apud Marcum, apud Joannem, unam eandemque esse existimare. Hæc sunt:³⁾

„Καὶ ὁ μὲν Ἰούδας οὐκ ἐπιτιμᾶται· καίτοι πιπράσκει, φονεύει, κατὰ σοῦ τοῖς Ἰουδαίοις συντίθεται· μύρω τιμώμενον βλέπει, ἀγανακτεῖ, καὶ τῆς τιμῆς ἀπώλειαν σαφῶς ἀναβοᾷ·⁴⁾ Εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὐτῇ; ἡδύνατο τοῦτο προᾶρξαι πολλοῦ·⁵⁾ καὶ τοῖς λόγοις ἐλέγχει τὸν τρόπον· καὶ οὐκ ἡγανάκτησας καὶ οὐκ ἐπετίμησας· τοῦναντίον μὲν οὖν ἐλεεινολογία τὸν θυμὸν διεκρούσῃ· Τί κόπους, λέγων, παρέχετε τῇ γυναικί; καλὸν ἔργον εἰργάσατο εἰς ἐμὲ⁶⁾ . . .“⁷⁾

¹⁾ Utrum autem eadem ab Joanne describatur necne, in incerto relinquit, quia nihil dicit eorum, quæ apud solum sunt Joannem.

²⁾ v. Ceillier, l. l. tom. VIII. pag. 476: „Mais nous avons sous le nom de cette princesse un autre poème appelé le Centon d'Homère, parce qu'il est composé entièrement des vers de ce poète. Photius n'en dit rien: preuve qu'il ne se trouvait pas dans le recueil des œuvres d'Eudoxie. Mais Zonare le lui attribue et dit qu'elle le fit pour achever l'ouvrage qu'un patrice avait commencé . . . On a imprimé ce poème . . . Il n'y est qu'en latin, d'une traduction assez embarrassée, et l'on ne s'est point astreint à la mesure des vers“ et tom. V. pag. 599: „S'il est véritablement de cette impératrice, il faut le rapporter au V^e siècle.“ Migne, Ser. Græc. tom. LXXXV. pag. 827 in „Notitia“, non dubitat eos subditicios dicere, „cum Homero-centones qui sub eius nomine circumferuntur potius sint patricii, vel Eudociæ junioris sæculi XI. sive Eudociæ, quæ Zoes soror, et Constantini imperatoris, Basilii Bulgaroctoni fratris filia fuit.“

³⁾ Migne, Ser. Græc. tom. LXXXV. pag. 348 (169).

⁴⁾ Joan. XII, 4.

⁵⁾ Matth. XXVI, 8 et 9; Marc. XIV, 4.

⁶⁾ Matth. XXVI, 10; Marc. XIV, 6.

⁷⁾ In oratione XL. aperte dicitur duas fuisse mulieres unctrices; sed hæc oratio „est homilia LXI. Chrysostomi in Evangelium Joannis“: Migne, l. l. pag. 14; cf. quæ ab eodem dicta sunt „in indice orationum“, l. l. pag. 27, et quæ dicit Fessler, l. l. tom. II. pag. 750 annot. 3. Mirandum est igitur, quod Clarus, l. l. pag. 54, scribit: „Basilius entfernt sich augenscheinlich von Victor von Antiochien und folgt dem Chrysostomus, und zwar so blind, dass, nachdem er zwei Sünderinnen vorausgesetzt hatte, er im Verlaufe nur wieder von einer redet“; de qua re v. quæ dixi ad Chrysostomum (part. I. pag. 21). — In

Severus († c. a. 540).

Migne, Ser. Græc. tom. I. pag. 775 in annot. 40: „... apponam“ inquit „... testimonium insigne Severi; quia Latine tantum ac imperfecte, atque sub e mentito nomine Servii exstat in Catena Lucæ ad cap. VII:

„Σεβήρον.¹⁾ Ἐπεὶ οἱ τέσσαρες Εὐαγγελισταὶ μύρον ὑπὸ γυναικὸς ἡλεῖσθαι τὸν Κύριον ἔγραψαν, ζητητέον, μία τις ἦν ἢ δύο. Ἐνατενίζων τοίνυν ἐγὼ τῷ ἀκριβεῖ τῶν εὐαγγελικῶν Γραμμάτων τρεῖς εἶναι τὰς γυναῖκας λογιζομαι, ἐκ τῆς τῶν προσώπων ποιότητος, ἐξ αὐτοῦ τοῦ τρόπου τῆς πράξεως, ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν καιρῶν... Ἡμεῖς μὲν οὖν τρεῖς εἶναι τὰ γυναῖκα νομίζομεν. Ὁ δὲ χρυσσοῦς τὴν γλωττίαν καὶ πανεύφημος πατήρ, ὁ τῆς οἰκουμένης μέγας φωστήρ καὶ ἐρμηνεύς τῶν ἀπόρων [s. Chrysostomus] δύο ταύτας τὰς γυναῖκας εἶναι φησι, μίαν μὲν τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, ἑτέραν δὲ τὴν παρὰ τοῖς τρισίν· ᾧ καὶ μᾶλλον πειστέον.“

Severus igitur se putare dicit tres fuisse unctrices. Ex eo autem, quod scribit „ζητητέον, μία τις ἦν ἢ δύο“, apparet, ut mihi quidem videtur, non fere de tribus unctricibus cogitatum esse. Nescio an ille ea ipsa de causa, cum dixisset, quid hac de re sentiret s. Chrysostomus, illud adiunxerit „ᾧ καὶ μᾶλλον πειστέον“, quod per se aliquid habet offensionis.

Eusebius Alexandrinus († sæc. VI).

Eusebius Alexandrinus²⁾ in oratione II. hæc dixit: ³⁾

„Ὅτε δὲ παρῆλθεν εἰς Βηθανίαν ὁ Κύριος καὶ εἰσῆλθε εἰς τὴν οἰκίαν τινὸς Φαρισαίου καὶ ἀνέκειτο· καὶ γυνὴ ἔχουσα ἀλάστρον μύρον πολυτίμου εἰσελθούσα κατέχευεν ἐπὶ τοὺς πόδας τοῦ Δεσπότου· ἰδὼν δὲ Ἰούδας ὁ μέλλων αὐτὸν παραδιδόναι λέγει· Εἰς τί ἢ ἀπώλεια τοῦ μύρου τούτου;...“

oratione vero XXIII., quæ sine dubio Basilii est, loquitur ille quidem de peccatrice, sed nihil dicit, quod huc spectet. Is locus est apud Migne I. I. pag. 273 (128): „Τί ἡμῖν καὶ σοί; ... εἰδὼν σε μάγοι τεχθέντα, καὶ σοὶ προσεκύνησαν ἡμᾶς δρασκετεύσαντες· ἤκουσαν φθεγγομένου τελῶναι, καὶ τὴν ἡμετέραν τελωνίαν ἀποδιδράσκουσι· πόρνας, τὰ ἡμέτερα θηράματα, πρὸς ἑαυτὸν διὰ μετανοίας ἐθήρευσας.“ Alii loci id genus apud veteres scriptores multi sunt, ut Joannes Geometra († sæc. VI.) „in carminibus variis“ (Migne, Ser. Græc. tom. CVI. pag. 933) hæc dicit: „Ἡ. Εἰς τὴν πόρνην:

Ὁ Χριστὸς ὥδε τῷ πανεντίμῳ λόγῳ

Ἐν γλῆνι μυρίζει τῆς μυριζούσης πόδας.

Σώφρων ἡ πόρνη μύρον τὸ μύρον θραπεύει.“

¹⁾ Hunc locum cum latine protulisset s. Thomas in Catena ut scriptum a quodam Græco, additum est in ea operum s. Thomæ editione, quæ prodiit Parmæ 1860, tom. XII. pag. 85: „(Græcus) i. e. Severus Antiochenus in Cat. Græc. PP. (ed. Nicolai).“

²⁾ Ab Eusebio Alexandrino (sæc. VI.), non ab Eusebio Emeseno († c. a. 360), sub cuius nomine eam edidit Migne, tom. LXXXVI. pag. 526, hæc de Judæ proditiōe oratio habita est; v. Fessler, I. I. tom. II. pag. 2 annot. 2. Ipse autem Migne addit, I. I. annot. (55): „Hanc homiliam sub nomine Eusebii Alexandrini edidit Ang. Mai Spicileg. Rom. t. IX., 694.“ Is, a quo nuper editus est Ceillier, tom. VIII. pag. 383 hæc dicit: „Ang. Mai a publié en grec et en latin... trois discours d' Eusèbe d'Alexandrie... Le même volume en renferme douze autres, mais seulement en grec; savoir: ... 11° sur le Traître Judas“ et pag. 384: „Mai le croit du V^e siècle et archevêque d'Alexandrie.“

³⁾ Migne, Ser. Græc. tom. LXXXVI. A. pag. 528.

Hoc loco quoniam dicitur Judas apud pharisæum quendam¹⁾ ungentem mulierem reprehendisse, vereor ne Eusebius videri possit existimasse, eandem unctionem a Luca et ab Joanne describi Mariamque, Lazari sororem, esse peccatricem. Accedit quod ea, quæ unxit, non nominatur.

Modestus (sæc. VII).²⁾

Photius in biblioth. cod. cclxxv. hæc profert: ³⁾

„Μοδέστον ἀρχιεπισκόπον Ἱεροσολύμων εἰς τὰς μυροφόρους. Τὸν ἑβδομὸν ἀριθμὸν καὶ ἐπὶ τῆς ἀρετῆς καὶ ἐπὶ τῆς κακίας εὐρίσκομεν τὴν Γραφὴν παραλαμβάνουσιν. Εἰκότως οὖν τὴν Μαρίαν ἐκλέγεται τὴν Μαγδαληνὴν ὁ Σωτὴρ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει δαιμόνια ἐπὶ, ἵνα τὸν ἄρχοντα τῆς κακίας δι' αὐτῆς ἀπελάσῃ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Ὅτι, φησὶν, αἱ ἱστορίαι τὴν Μαγδαληνὴν ταύτην διὰ βίου παρθένον διδάσκουσι. Καὶ μαρτύριον δὲ αὐτῆς φέρεται, ἐν ᾧ λέγεται διὰ τὴν ἄκραν αὐτῆς παρθενίαν καὶ καθαρότητα ὡς ὕαλον αὐτὴν καθαρὸν τοῖς βασανισταῖς φαίνεσθαι. Ὅτι, φησὶ, μετὰ τὴν κοίμησιν τῆς Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου πορευθεῖσα εἰς Ἐφεσον πρὸς τὸν ἡγαπημένον μαθητὴν, ἐκεῖσε τὸν δρόμον τὸν ἀποστολικὸν διὰ τοῦ μαρτυρίου ἢ μυροφόρος Μαρία ἐτελείωσε μὴ θελήσασα μέχρι τῆς τελευτῆς χωρισθῆναι τοῦ παρθένου καὶ Εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου. Ὡστερ, φησὶν, ἡ ἀπαρχὴ τῶν ἀποστόλων Πέτρος ὠνομάσθη διὰ τὴν ἀσάλευτον πίστιν, ἣν εἶχεν ἐπὶ Χριστὸν τὴν πέτραν, οὕτω καὶ αὐτὴ ἀρχηγὸς τῶν μαθητῶν γενομένη διὰ τὴν καθαρότητα αὐτῆς καὶ τὸν πόθον ὃν εἶχεν εἰς αὐτὸν Μαρία ὁμωνύμως τῇ μητρὶ παρὰ τοῦ Σωτῆρος προσηγόρευται.“⁴⁾

His aperte dicitur, Mariam Magdalenam nunquam impie ac flagitiose vixisse. Neque vero illud nihil habet momenti, quod addit Modestus, sic memoriæ proditum esse, licet ipsi non ita persuasum esse videatur, ad ipsam historiæ fidem hæc esse scripta aut narrata.

¹⁾ Luc. VII, 36: „Ἦρώτα δέ τις αὐτὸν τῶν Φαρισαίων ἵνα φάγῃ μετ' αὐτοῦ.“

²⁾ Ceillier, l. l. tom. XI. pag. 698: „Modeste patriarche de Jérusalem [après 629].“

³⁾ Migne, Ser. Græc. tom. CIV. pag. 244 (511).

⁴⁾ Eadem scripta sunt, id quod satis mirandum est, ab ipso Photio in „quæstione ad Amphilochoium CLVIII: Διὰ τί τὴν Μαρίαν τὴν Μαγδαληνὴν, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἐπὶ δαιμόνια, ἐκλέγεται ὁ Χριστός;“ (Migne, l. l. tom. CI. pag. 834). Atque ut hoc loco dicam, quid homo doctissimus, quamquam ætate inferior est († c. a. 891), ipse cogitet de totaque re existimet, scripsit de hac re commentationem, quæ est ad Amphilochoium quæstio XLVIII: „Πόσαι εἰσὶν αἱ τὸν Κύριον ἀλείψασαι μύρον;“ (Migne, l. l. pag. 357—367). Ibi expositis veterum scriptorum sententiis contrariis hæc scribit pag. 359 et 360: „ἐμὲ δὲ οὐδὲ δύο ταύτας ἐπιτρέπουσι λέγειν οὔτε τοῦ Σωτῆρος οἱ λόγοι οὔτε τῶν φιλοθέων γυναικῶν αἱ πράξεις οὔτε τὸ διάφορον τοῦ καιροῦ ἀλλ' οὐδὲ τῶν θεατῶν καὶ ἀκροατῶν ἢ ἐπὶ τῷ παραχθέντι γνώμῃ, καὶ ἄλλα δὲ τούτων οὐκ ἐλάττω, τρεῖς εἶναι ταύτας· ἀλλ' οὔτε πλείους τῶν τριῶν οὔτε ἐλάττους ἐκδιδάσκει. Πρώτη μὲν οὖν ἐστὶν ἡ παρὰ τῷ Λουκᾷ ἀναγεγραμμένη . . . Καὶ γὰρ τῶν ἄλλων ἑκατέρως . . . καὶ τῆς μὲν τὴν πρᾶξιν ὁ ἡγαπημένος καὶ παρθένος μαθητὴς ἀναγράφει, ἥτις καὶ ἀδελφὴ τοῦ τε Λαζάρου καὶ τῆς Μάρθας ἐκρημάτιζε . . . ἐπὶ ταύταις ἡ τρίτη καὶ ἡ τελευταία . . . περὶ ἧς Ματθαῖος τε καὶ Μάρκος τὴν διήγησιν ἀνετίξαντο· οὐκοῦν ὁ λόγος εὐλόγως αὐτὰς τρεῖς ἀνακηρύττει . . .“ pag. 361: „Ἡ δὲ λοιπὴ τρίτη τῶν ἐπιχεαμένων τῷ Δεσπότη τὸ μύρον, περὶ ἧς Μάρκος καὶ Ματθαῖος ἱστορήκασιν, ἀπὸ δὲ τοῦ τῆς πορνείας ἄγους ἐπονομάζεται . . .“ pag. 363: „Καὶ ἡ μὲν ἁμαρτωλὸς, ἢ δὲ πόρνη ἀπὸ τῶν παθῶν μᾶλλον ἢ ἀπὸ τῶν κυρίων τῆς κλήσεως γνωσκόμεναι, ἢ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ φέρει τὸ ἐπώνυμον.“ Neque quicquam de Magdalena dicit omniaque ex s. scriptura ducit argumenta.

Joannes Thessalonicensis (sæc. VII).¹⁾

In oratione ea, quæ de mulieribus ad Domini sepulcrum unguenta ferentibus habita esse dicitur ab Joanne Thessalonicensi,²⁾ aperte Maria Magdalena a Maria, Lazari sorore, distinguitur. Hæc sunt: ³⁾

„Λείπεται δὲ εἰπεῖν ἄρτι, πόσαι εἰσὶ Μαρίας, ὧν οἱ εὐαγγελισταὶ ἐμνημόνευσαν. Πολλοὶ γὰρ περὶ αὐτῶν διηρέχθησαν. Οἶμαι οὖν αὐτὰς πέντε ⁴⁾ ἐπάροχειν. Ἀλλὰ προσέχετε μοι μετὰ πάσης ἀκριβείας. Ἔστι τοίνυν Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, ἀφ' ἧς ὁ Κύριος ἐκβεβλήκει ἐπὶ δαιμόνια · ὅθεν καὶ σπονδαία γέγονεν ἡ γυνὴ διὰ τὴν ἀντίδοσιν τῆς τηλικαύτης εὐεργεσίας. Καὶ Μαρία Ἰακώβου · οὕτω καλουμένη ἐστὶν ἡ Θεοτόκος, ὥς εἵπομεν . . . Ἡ δὲ τρίτη Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ καὶ Ἰωσή ὄντως μήτηρ . . . ἄλλη ἐστὶν . . . Ἔστι τοίνυν καὶ Μαρία ἡ τοῦ Κλοπᾶ . . . Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Μαρία ἡ ἀδελφὴ Μάρθας καὶ Λαζάρου.“

S. Andreas Cretensis († sæc. VIII).⁵⁾

S. Andreas Cretensis ⁶⁾ unam existimat fuisse unctionem unamque unctricem in „oratione (vii.) in Lazarum quatruiduanum“: ⁷⁾

„Τίς ὁμοιώθη τῇ Μάρθᾳ; Τίς τὴν Μαρίαν ἐξήλωσε τὰς ἀδελφὰς Λαζάρου; . . . Τίς οὕτω ψυχὴ θεοφιλὴς τὰ κάλλιστα τῶν ἀρωμάτων ὠνήσατο, ἶξιν καὶ ἁμωμον καὶ κινάμωμον,

¹⁾ v. Ceillier, l. l. tom. XI. pag. 786: „Jean, évêque de Thessalonique, souscrivit au sixième concile général en 680, en qualité de légat du Saint Siège.“

²⁾ Ceillier, l. l. pag. 786: „Nous avons de lui“ inquit „un discours sur les femmes qui portèrent des parfums pour embaumer le corps de Jésus-Christ.“ cf. huius libelli part. I. pag. 23 annot. 5. Sed tam male de hac oratione existimat Savilius, ut dubitari id possit, v. Migne, Ser. Græc. tom. LIX. pag. 635 „in Monito“: „De hac seu homilia seu dissertatione hoc tulit iudicium Savilius, tom. VIII. col. 746: Homilia erudite quidem illa et acute contexta, sed nullo modo Joannis nostri (i. e. Chrysostomi) aut in dubiis saltem, aut in ἀμφιβαλλομένοις relinquenda. Adde quod quibusdam in locis sibi ipsa pugnare videtur, in aliis veritati . . . Contra veritatem porro et verisimilitudinem pugnat per totam fere homiliam . . . Stylus est totus perplexus, spinosus, incultus, et a grammaticæ legibus plerumque aberrat.“

³⁾ Migne, l. l. pag. 642 (165).

⁴⁾ In Maxima bibliotheca veterum Patrum, ubi sub eiusdem Joannis Thessalonicensis nomine latine hæc scripta videmus, tom. XII. pag. 822, hoc loco scriptum est: „Existimo itaque esse sex numero, sin minus, omnino saltem quinque.“ Ceillier, l. l. tom. XI. pag. 787, hæc habet: „Il compte quatre voyages de ces femmes au tombeau, et distingue six Maries quoiqu'il n'en compte que cinq.“

⁵⁾ „André, archevêque de Crète [écrivain grec, mort après l'an 713] . . .“: Ceillier, l. l. tom. XII. pag. 57. In „Wetzer und Welte's Kirchenlexicon“, ed. alt. tom. I. pag. 833, hæc leguntur: „Er starb nach den Einen am 4. Juli 720, nach den Anderen am 14. Juni 723.“

⁶⁾ Non satis constat, omnes, quæ ab eo habitæ esse dicuntur, orationes ipsius sint necne: v. Ceillier, l. l. pag. 58: „Mais on doute qu'ils [id est tous ces discours] soient tous d'André de Crète, à moins qu'on ne prenne le parti de dire que cet évêque n'a vécu que dans le IX^e siècle, c'est-à-dire depuis l'an 842“, et Migne, Ser. Græc. tom. XCVII. pag. 791: „Quodsi Caveus suspecta habet nonnulla Opuscula, quæ jampridem sub Andree Cretensis nomine circumferuntur, dissidium facile componi poterit, si dicamus vel plures fuisse variis temporibus Cretenses Andreas, vel ab aliis contextas orationes ex verbis illius, illius quoque nomine fuisse inscriptas.“

⁷⁾ Migne, l. l. pag. 984,

ἵνα τὸ εὐῶδες ἐπισκευάσασα μύρον δειπνοῦντα μυρίσκη τὸν Κύριον; Τίς οὕτω στήσας παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ τῆς ἀψανστοῦ κεφαλῆς κατεκένωσεν · εἶτα τοὺς πόδας τῷ μύρῳ καὶ τοῖς δάκρυσιν ἔβρεξε; Τίς ἐκείνου τῆς προσηγοῦς ἀντήκουσ γέγονε φωνῆς „Ἀφέωνται, λεγούσης, αἱ ἁμαρτίαι σου“; Γενοῦ Σίμων, εἰ βούλει · κέλευσον τὸν Δεσπότην. Ἀλλὰ μὴ διστάσῃς ὡς Φαρισαῖος. Κάλει τὸν πανταχοῦ παρόντα · ἀλλὰ μὴ συγκαλέσῃς τὸν Ἰούδαν . . .“¹⁾

Idem dicit in „oratione (ix.) in ramos palmarum“:²⁾

„Ποίησον τὴν καρδίαν σου ἀνώγειον ἐστρωμένον, ἵνα ὑποδέξῃ Χριστὸν παρὰ σοὶ τὸ δεῖπνον ἐκείνον [!] φαγεῖν, οὐ τὸ ἐπὶ Λαζάρου, ἀλλὰ τὸ μυστικὸν, καὶ τοῦ νοητοῦ θυήματος ἐκτυποῦν τὴν εἰκόνα. Τοῦτο μυστήριον, ἐκεῖνο δακρύων γέμει. Ἐκεῖ γυνὴ μυρίζουσα, ὧδε Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἐαυτὸν ἀγιάζων. Ἐκεῖ γυνὴ μεγάλης ἁμαρτίας μικροῖς ἀποκαθαίρουσα δάκρυσιν, ἐνθάδε Χριστὸς τῶν μαθητῶν ἀπορίτων τοὺς πόδας . . . Ὡδε Χριστὸς . . . ἐκεῖ Ἰούδας ἀναπειθὼν τοῦ μύρου τὴν πρόσχυσιν . . .“

Anonymus quidam (sæc. ?).

Faillon laudat libellum „Anonymi de locis Hierosolymitanis“, quem sæculo viii. fuisse dicit,³⁾ in quo scripta sunt hæc:⁴⁾

„Καὶ κατὰ ἀνατολὰς τοῦ ὄρους τῶν Ἑλαιῶν κάτωθεν εἶναι ἡ Βηθανία. Ἐκεῖ εἶναι ὁ τάφος τοῦ ἁγίου Λαζάρου · καὶ εἶναι μαρμαρέινος ὡραιότατος · καὶ κοντὰ (?) εἰς τὸν τάφον εἶναι ὁ λίθος ὅπου ἐκάθισεν ὁ Χριστὸς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας. Καὶ ἄντικρυς τοῦ τάφου μέσα εἰς τὸ σπήλαιον εἶναι ὁ τάφος τῆς Μάρθας καὶ τῆς Μαγδαλινῆς, ἀδελφῶν τοῦ Λαζάρου.“

Dubium esse non potest, quin is, qui hæc scripsit, Mariam Magdalenam putaverit esse Lazari sororem. Sed hic libellus scriptus esse vix potest sæculo viii; est enim pag. 100: „Ἀὐτοῦ εἶναι καὶ τὸ κελλὴν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ“, Joannem autem Damascenum verisimile est mortuum esse anno 780.⁵⁾ Neque dubito dicere, et rebus probari et oratione, scriptum eum esse aliquanto post,⁶⁾ velut iis, quæ sunt pag. 82:

¹⁾ Magnam cautionem in interpretandis eiusmodi scriptoribus adhibendam esse apparet ex iis, quæ idem Andreas in eadem oratione dicit — cf. tamen quæ dixi annot. 2 — (Migne, l. l. pag. 969): „Διὰ τοῦτο πλείστοι πρὸς παραμυθίαν ἐξήρεσαν Μαρίας καὶ Μάρθας . . . Καὶ εἰκότως. Ἐγγὺς γὰρ οὖσης τῆς πόλεως εἰκὸς ἦν πλείους πρὸς αὐτὰς ἐξίεναι, δυοῖν θάτερον · ἢ τῇ περὶ τὸν βίον σεμνότητι τοῖν γυναικῶν ἐφηδομένους · καὶ γὰρ ἦν ὁ βίος αὐτῶν λαμπρὸς καὶ κατ' ἀρετὴν ἐξέχων · ἢ διὰ τὸ τῆς λύπης ἐπαγωγὸν ὁδύνης ὑπάρχον μεστόν.“ Mihi quidem hæc verba legenti persuasum erat, ita Mariæ virtutem qui prædicaret, eum facere non posse quin a peccatrice hanc distingueret. Nec minus offensionis habere videntur ea, quæ ab eodem dicta sunt in Magno Canone (Migne, l. l. pag. 1384): „Τελώνης ἐσώζετο καὶ πόρνη ἐσωφρόνιζε καὶ Φαρισαῖος αὐχὼν κατεκρίνετο.“

²⁾ Migne, l. l. pag. 1009.

³⁾ l. l. tom. I. pag. 152 et 232.

⁴⁾ v. Leonis Allatii Symmiktæ ed. Bartoldo Nihusio, Colonie Agrippinæ 1653, lib. I. pag. 88.

⁵⁾ v. Aschbach, Allgemeines Kirchenlexicon, Mainz 1850, tom. III. pag. 555.

⁶⁾ Leo Allatius in „præfatiuncula“ nihil aliud dicit nisi hoc (pag. 4): „Additur Anonymus de iisdem locis, communi Græcorum lingua quidem, diligenter tamen, conscriptus, et in rebus narrandis accuratus; a quo tantummodo repetere valeas Christianæ pietatis ac religionis, erga loca sacrosancta, præclarissima vestigia; ob molis exiguitatem vix visus traducendus in linguam Latinam, traductus tamen.“ Hoc unum addam, multas hoc loco esse res, quæ sint sermonis qui dicitur vulgaris, ut

„εἶναι Παρακλήσια τῶν Αἰρετικῶν, Ἀρμενίων, Ἰακωβιτῶν, Ἰνδιανῶν, Νεστοριανῶν τε. Οἱ δὲ ἡμεῖς ἔχομεν τὸ καθολικὸν τοῦ Ναοῦ“ et pag. 83: „εἰς αὐτὴν τὴν τρούλλαν εἶναι τὸ βῆμα τοῦ ναοῦ, ὅπου λειτουργοῦν οἱ Ὁρθόδοξοι.“

Reliquum est ut dicam, in hoc ipso libello, ut mihi quidem videtur, Magdalenam distingui a peccatrice, cum scriptum sit de oppidulo Bethlehem pag. 101:

„Καὶ εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ σπηλαίου ἔναι ὁ τόπος, ὅπου ἔχωσεν ἡ Σαλώμη τὸ νερόν, ὅπου ἔλουσε τὸν Χριστόν. Καὶ ἐγὶνή μύρον ἀλάβαστρον. Ἐποῦτο τὸ μύρον ἔναι, ὅπου ἔλειψεν ἡ πόρνη τὸν Κίριον τῇ ἀγία καὶ μεγάλῃ τετράδι.“

Pertractatis singulis, qui ad eam, quæ nobis proposita est, quæstionem spectant, patrum Græcorum locis restat ut videndum sit, quid inde colligi posse videatur. Atque illud quidem nemini potest dubium esse, quin magna sit eorum de unctricibus dissensio. Apparet enim ex iis, quæ attuli, alteros dicere ab una muliere Dominum esse unctum, alteris persuasum esse plures fuisse unctrices, ita tamen, ut aliis duæ, aliis tres mulieres Christum unxisse videantur neque desint qui, quot sint Evangelistæ, tot unctrices fuisse putent. De Maria vero Magdalena quid hac in re singuli patres senserint, vix satis potest reperiri. Quoniam igitur duæ sunt huius loci partes, una de unctricibus, altera de Magdalena, eodem ordine absolvere quæstionem conabor. Etenim cum non tam numerandi sint auctores quam, quo sint pondere, æstimandi, aliquam res habet difficultatem.

Ac primum quidem de unctricibus agendum est. Cum autem aliquot, quos attulimus, loci eiusmodi sint, ut ad solvendam hanc quidem quæstionem prorsus nihil valere videantur, iam de his placet disputare.

Primus igitur locus est s. Gregorii Nysseni († c. a. 395), qui in prima in Canticum Canticorum homilia aliam rem tractans neque quicquam de unctionibus dicens Simonem leprosum non discernit a Simone pharisæo¹⁾; quod etiam ab Origene factum esse vix potest negari, cum idem eo ipso loco diceret, peccatricem aliam esse atque Mariam, Lazari sororem.²⁾ Neque magis huic rei lucem affert Nonnus († sæc. V.), quippe qui haud dubie de ea sola unctione loquatur, quæ est apud Joannem.³⁾ In quorum societatem

λειτουργοῦν pro λειτουργοῦσιν, εἶναι pro εἶσιν, ἐγὶνή pro ἐγένετο, ἐποῦτο pro τοῦτο; v. Mullach, Grammatik der griechischen Vulgarsprache in historischer Entwicklung, Berlin 1856, pag. 224, 281, 284, 194, qui, id quod neglegendum non esse videatur, pag. 224 in annot. 1, hoc dicit: „Die vorerwähnte Endung ουν statt ουσι im Indicativ und ωσι im Coniunctiv . . . findet sich nicht nur schon bei Ptochoprodromus (qui sæculo XII. natus vocatur „der älteste Schriftsteller der griechischen Vulgarsprache“ l. l. pag. 73) . . . , sondern sie scheint zu den Ueberbleibseln eines alten dorischen Localdialects zu gehören“ et pag. 194: „Auch die Form ἐποῦτος, ἐποῦτη, ἐποῦτο ist bei Vulgarschriftstellern gebräuchlich. Doch scheinen vor dem Demetrius Zenus sich wenige Schriftsteller dieser Formen bedient zu haben; bei Ptochoprodromus und anderen von Ducange excerptirten Dichtern ist noch keine Spur.“

¹⁾ v. part. I. pag. 20.

²⁾ v. part. I. pag. 10. annot. 4.

³⁾ v. pag. 9 et 10.

vocandus est etiam s. Irenæus († a. 202), qui, cum duas saltem dicat fuisse unctiones, non dicit, utrum unius mulieris putet unctiones fuisse an plurium mulierum.¹⁾ Idem videtur sentire s. Gregorius Nazianzenus († a. 389), qui, quæ a (solo) Luca descripta sint, miracula enumerans refert mulieri pedes Domini ungenti veniam datam esse peccatorum.²⁾

Atque ut transeamus ad eos locos, quibus satis dilucide declaratur, quid de hac ipsa quæstione videatur dicendum esse: non est dubium, quin semel Dominum a muliere unctum esse eandemque ab omnibus Evangelistis describi unctionem putent Ammonius Alexandrinus³⁾ (sæc. III.), Eusebius Cæsariensis⁴⁾ († c. a. 340), s. Ephraem Syrus⁵⁾ († c. a. 379), is, a quo scripta est homilia quarta, quæ refertur ad s. Amphilochem Iconiensem⁶⁾ († c. a. 394), s. Andreas Cretensis⁷⁾ († sæc. VIII.), de quo tamen videnda sunt ea, quæ dixi pag. 14 annot. 6 et pag. 15 annot. 1. Quibuscum facere videtur Clemens Alexandrinus⁸⁾ († c. a. 217).

¹⁾ v. part. I. pag. 8. ²⁾ v. part. I. pag. 19. ³⁾ v. part. I. pag. 9. ⁴⁾ v. part. I. pag. 13 et 14. ⁵⁾ v. part. I. pag. 15.

⁶⁾ v. part. I. pag. 19. Nam cum iis, quæ hic ibi dixit: „(72) . . . Σὺ μὲν γὰρ (appellat pharisæum) ὡς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι διασύρων τὸν ἄνθρωπον (id est peccatricem), ἀγνοῖαν καταψηφίσῃ Θεοῦ“, Lucæ de hac re locus denotetur et iis, quæ sequuntur „ὁ δὲ [Ἰουδᾶς] ὡς φιλόπρωτος ἀγανακτεῖ λέγων, Τίς ἡ ἀπώλεια . . .“, locus Joannis: ea, quæ dicta sunt (75) „Ἀλλ' ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐλέγχει αὐτοῦ τὴν νόσον . . . ἀλλ' ἐπὶ πάντας λέγει· Τί κόπους παρέχετε ἢ γυναῖκα; . . . Τοὺς πτωχοὺς γὰρ . . . Βαλοῦσα γὰρ αὐτὴ . . .“ magna ex parte ipsa Matthæi sunt verba, nec minus illa „(76) ταύτης δὲ ἡ μνήμη, ὅπου ἂν κηρυχθῇ τὸ Εὐαγγέλιον, ἀνεξάλειπτός ἐστιν“ sumpta sunt a Matthæo vel a Marco. Atque, ne sæpius quærat, utrius verba iis, qui hanc quæstionem attingunt, ante oculos obversentur, hoc ipso loco paucis exponam, eandem mulieris unctionem a Matthæo et a Marco describi. Ita autem istorum de hac re narrationes inter se consentiunt, ut his quidem temporibus, quod sciam, nemo sit, qui sic se rem habere neget. Et ne eo quidem, quo possunt uno videri, inter se differunt, quod Matthæus cap. XXVI. v. 8 scribit: „ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ ἠγανάκησαν λέγοντες“, Marcus autem cap. XIV. v. 4: „ἦσαν δὲ τινὲς ἀγανακτοῦντες πρὸς ἑαυτούς“. Nam — ut non dicam, Marcum non scribere *τινὲς μαθηταί*, sed *τινὲς*, neque quicquam ob stare, quominus ille putetur hoc loco dicere, discipulos quidem omnes illud indignatos esse — cum ex corona erupit indignatio, licet non omnes indignati sint, quis dubitat dicere, indignatam esse coronam? Neque vero, si ita res non posset explicari, ista discrepantia, quippe quæ minima esset, ullius esset momenti. — Hanc autem homiliam et alteram, de qua locuti sumus, huius Amphilochei esse putat Dupin, l. l. tom. II. pag. 234. At Ceillier, l. l. tom. V. pag. 369, hæc dicit: „On a aussi imprimé sous son nom huit homélies, qui conviendraient beaucoup mieux à Amphiloque de Cysique, contemporain et ami de Photius, qui vivait vers l'an 860. Le style en est dur et embarrassé, et presque sans aucune élégance. Les anciens, qui ont cité plusieurs homélies de saint Amphiloque ne font aucune mention de celles-ci; elles nous ont été données en 1644 par le Père Combéfis.“ Sed addit, qui iterum librum edidit, de ea homilia, quam diximus quartam, pag. 370: „Montfaucon atteste avoir vu un manuscrit de la Bibliothèque de Sforce, qui attribuait cette homélie à l'évêque d'Icone.“ Hefele apud „Wetzer und Welte“ etiam in altera editione a. 1881, tom. I. pag. 763, scribit: „Unter den Predigten sind besonders die vierte und achte leicht als unecht zu erkennen.“ Idem, quod Ceillier dicit, antea dixerat Oudin († 1617) in Commentar. de Scriptor. eccles. II, 216 (v. Hefele l. l.). — Non neglegendum autem est, quod idem scriptor in altera homilia videtur putare, bis ab eadem Maria Dominum unctum esse: v. part. I. pag. 19.

⁷⁾ v. pag. 14 et 15.

⁸⁾ v. part. I. pag. 8 et 9.

„Mulierem eandem apud omnes Evangelistas describi“ — sive semel unxit sive sæpius — Apollinarium Laodicensem († c. a. 380) dicere et Theodorum Mopsuestenum († a. 428), testatur Victor Antiochenus¹⁾ († sæc. v.), si quidem ab illo scripta est „Catena in Marcum“, de qua re v. quæ dixi pag. 3 annot. 3. Idem tradit Photius († c. a. 891) neque dubitat scribere, esse ab his primis illud dictum;²⁾ id quod verum esse non potest, quoniam antea Ammonius Alexandrinus et Eusebius Cæsariensis et, ut videtur, Clemens Alexandrinus, quod dixerant Dominum semel unctum esse, eo ipso dixerant, ab una muliere eum unctum esse. Fieri autem potuisse, ut de Theodoro quidem et Victor erraret et Photius, supra docuimus.³⁾

Mariam autem, Lazari sororem, eandem esse atque peccatricem, singulas unctiones non attingens dicit is, qui scripsit librum illum de virginitate, qui, quamquam non recte olim ad s. Basilium Magnum († a. 379) relatus est, tamen scriptus est sæculo iv.⁴⁾ Idem dicere videtur Eusebius Alexandrinus⁵⁾ († sæc. vi.).

Reliquum est, ut de Eudocia († c. a. 460) dicamus, si quidem ab ea scripti sunt Homerocentones qui vocantur,⁶⁾ et de Basilio Seleuciensi († c. a. 459), qui de ea, quæ apud quartum Evangelistam est, unctione quid sentiant, ne leviter quidem significantes dicunt a reliquis tradi eiusdem mulieris unctionem. Atque illa quidem a Luca, a Matthæo, a Marco eandem peccatricis unctionem describi putat,⁷⁾ hic unctionem, quæ est apud Matthæum, apud Marcum, apud Joannem, eandem esse censet.⁸⁾

Maioris autem momenti, quam hi loci omnes, id esse videtur, quod tradit Origenes⁹⁾ († a. 254), ipsius ætate „multos existimare, de una eademque muliere quatuor evangelistas exposuisse.“¹⁰⁾

¹⁾ v. part. I. pag. 17 annot. 6 et huius part. pag. 3 et 4.

²⁾ v. part. I. pag. 17.

³⁾ v. part. I. pag. 24 annot. 2.

⁴⁾ v. quæ dicta sunt part. I. pag. 17 annot. 1. Ceillier hæc dicit, l. l. tom. IV. pag. 494: „On ne peut douter de l'antiquité du livre de la Virginité, imprimé parmi les œuvres de saint Basile, puisque Létorius, évêque de Mélitine, à qui il est adressé, était contemporain de saint Grégoire de Nysse . . . Ce qu'on peut assurer, c'est qu'il ne fut écrit qu'après l'an 381, puisque Létorius n'a été que le successeur d'Otreïus, qui assista en cette année au premier concile de Constantinople . . . Or, s'il est constant, que cet écrit est postérieur à l'an 381, il ne le sera pas moins qu'il ne peut être de saint Basile, mort en 379. Le style qui est tout différent de celui de ce Père est encore une preuve qu'il n'en est pas auteur.“ Solus Dupin ab ipso Basilio hunc librum scriptum esse putat additque, l. l. tom. II. pag. 182: „Il faut donc dire, ou que l'adresse de ce Livre a été corrompue, et qu'il faut lire Otreïus pour Létorius, ou que Létorius n'étoit pas encore Evêque.“

⁵⁾ v. pag. 12 et 13. ⁶⁾ v. pag. 11 annot. 2. ⁷⁾ l. l. ⁸⁾ v. pag. 11. ⁹⁾ v. part. I. pag. 11 et 12.

¹⁰⁾ In Evangelio Infantiae Salvatoris Arabico, quod latine edidit Tischendorf in „Evangeliiis Apocryphis“, Lipsiæ 1853, scripta sunt hæc, cap. V. pag. 173: „Atque hæc est ampulla illa quam Maria peccatrix emit, et in caput et pedes domini nostri Jesu Christi effudit, quos deinde capillo capitis sui abstersit.“ In prolegomenis Tischendorf (pag. XLIX): „Antiquum istud“ inquit „ac memorabile monumentum superstitionis Christianorum orientalium noluimus deesse in hac nova apocryphorum evangeliorum collectione. Quod quum prima parte, per capita fere novem, ad evangelia Pseudo-Jacobi, Lucæ et Matthæi . . . plerumque conformatum est . . .“ Quando conscriptum sit, non constat: v. Wetzter und Welte's Kirchenlexicon, ed. II. a. 1881. tom. I. pag. 1074.

Sed antequam, quæ cuiusque loci auctoritas sit, diligentius inquiremus, ne sæpius idem dicendum sit, eos locos componere placet, quibus aperte dicitur, a pluribus mulieribus Dominum unctum esse.

Fuisse autem qui putarent, quattuor esse unctrices, Photius testatur.¹⁾ Qui cum adeo de iis iudicet contemptim, ut non dubitet scribere: „*Καὶ τέσσαρας τὰς εἰναί φασι, πρὸς οὐδέν, οἶμαι, βαθυτέρον λογισμὸν ἐπιστήσαντες, ἢ πρὸς μόνην τὴν τῶν εὐαγγελισαμένων ποσότητά;*“²⁾ certe non cogitavit de Origene, præsertim cum multæ ab hoc causæ afferantur, cur aut tres aut quattuor putet unctrices fuisse; ³⁾ quamquam hic quidem „magis consentit tres fuisse.“⁴⁾ Neque magis de Tito Bostrensi († c. a. 378), ad quem refertur locus ille, quo dictum esse videtur, a quattuor mulieribus Dominum unctum esse.⁵⁾ Nam ille „egregius veritatis defensor“⁶⁾ fuit; neque videtur is locus scriptus esse a Tito, sed ab homine, qui fuit sæculo septimo aut octavo.⁷⁾ De aliis igitur Photius loquitur, qui nobis quidem ignoti sunt.

Tres mulieres unctrices fuisse, primus eorum, quorum libri exstant, dixisse dicitur s. Theophilus Antiochenus ⁸⁾ († c. a. 181). Sed verisimile est, eo loco non Theophilum scribendum esse, sed Theophylactum ⁹⁾ (sæc. xi.). Quæ cum ita sint, primus atque gravissimus huius sententiæ auctor Origenes ¹⁰⁾ est. Quamquam idem antea dixerat, duas esse mulieres unctrices.¹¹⁾ Sunt qui putent, ab eodem in „homilia de Maria Magdalena“ Mariam, Lazari sororem, eandem esse dici atque peccatricem.¹²⁾ At hæc homilia non est Origenis,¹³⁾ sed haud dubie alicuius Latini.¹⁴⁾ Facile autem intellegitur, qui fieri potuerit, ut ille non semper idem diceret.¹⁵⁾ Tres unctrices fuisse censet etiam Hesychius Hierosolymitanus ¹⁶⁾ († sæc. v.). Idem sentit Severus ¹⁷⁾ († c. a. 540), licet non sine aliqua dubitatione loqui videatur. Huc spectare videntur, quamquam ea, quæ apud Lucam est, unctrix non commemoratur, etiam illa, quæ scribit Theodorus Mopsuestenus († a. 428): „*εἴρεται δὲ ἐν τοῖς εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ὑπομνήμασι, ὅπως οἱ ἐξηγησά-*

¹⁾ v. part. I. pag. 15 annot. 2. ²⁾ l. l. ³⁾ v. part. I. pag. 11. ⁴⁾ l. l.

⁵⁾ v. part. I. pag. 14. Accidisse autem potest, ut hoc loco illæ scriberetur pro illa; quod si ita est, duæ intellegendæ sunt unctrices, non quattuor: cf. quæ diximus de Chrysostomo part. I. pag. 22 annot. 1: „Videtur Chrysostomus hæc dixisse singulas Evangelistarum spectans descriptiones, non suam de hac re sententiam.“

⁶⁾ v. Fessler, l. l. tom. I. pag. 393 annot. 3.

⁷⁾ v. part. I. pag. 15 annot. 1. Addendum est id, quod Dupin, qui ipse quoque eum librum non a Tito scriptum esse existimat, dicit, l. l. tom. II. pag. 129: „Cet ouvrage . . . me paroît être fort ancien.“

⁸⁾ v. part. I. pag. 7. ⁹⁾ l. l. ¹⁰⁾ v. part. I. pag. 11. ¹¹⁾ v. part. I. pag. 9, 10, 12.

¹²⁾ et ¹³⁾ v. part. I. pag. 12 et pag. 13 annot. 1.

¹⁴⁾ v. P. Danielis Huetii Origenianorum appendix V (Migne, tom. XVII. pag. 1279): „Si quid conjectura valeo, scriptorem Latinum dixerim.“ Dupin autem, l. l. tom. I. pag. 148, hæc dicit: „Les dix Homelies sont toutes d'autres Auteurs que d'Origenes. Elles ont été recueillies de divers endroits, et mises par ordre par Merlin. Elles sont toutes . . . composées par un Latin . . . la dernière est tirée du c. 17 du 9. Livre des Morales de S. Gregoire.“

¹⁵⁾ v. part. I. pag. 12.

¹⁶⁾ v. pag. 5. ¹⁷⁾ v. pag. 12.

μενοι τὰ Εὐαγγέλια διαφόρους φασὶν εἶναι τὰς γυναῖκας, οὗ τὴν αὐτὴν παρὰ Ματθαίῳ καὶ Μάρκῳ καὶ Ἰωάννῃ.¹⁾

A duabus mulieribus Dominum unctum esse existimat s. Joannes Chrysostomus († a. 407), qui Matthæum, Marcum, Lucam eiusdem mulieris unctionem describere dicit, alterius Joannem.²⁾ Pro certo affirmat, duas unctrices fuisse, Victor Antiochenus³⁾ († sæc. v.), si quidem ab eo scripta est illa „catena in Marcum“;⁴⁾ sed eo differt a Chrysostomo, quod solum Lucam de peccatrice loqui dicit, reliquos tres de Maria, Lazari sorore.

Maria autem, Lazari soror, aperte a peccatrice distinguitur in homilia duodecima ex quinquaginta iis, quæ sub nomine s. Macarii Aegyptii († c. a. 390) feruntur;⁵⁾ sed non satis constat, utrum ab illo profectæ sint an a scriptore posterioris ætatis.⁶⁾ Neque minus Mariam, Lazari sororem, et peccatricem discernit is, qui scripsit homiliam „in pharisæum et meretricem“,⁷⁾ in eademque sententia esse videtur is, a quo scripta est homilia „in Martham, Mariam, Lazarum et in Eliam prophetam“;⁸⁾ quæ homiliæ sine dubio non sunt s. Joannis Chrysostomi.⁹⁾ Idem nescio an sentiant s. Cyrillus Alexandrinus¹⁰⁾ († a. 444) et s. Proclus¹¹⁾ († a. 446).

Atque ut iam de omnibus, quorum verba attuli, scriptoribus Græcis dicam, quod sentio, facere non possum quin mirer, quod, qui hanc ipsam de unctricibus quæstionem tractaverunt, ii omnes¹²⁾ plures unctrices fuisse aut pro certo affirmant (s. Theophilus

¹⁾ v. part. I. pag. 24. Hæc non ita interpretanda esse, ut quattuor unctrices intellegantur, priora docent.

²⁾ v. part. I. pag. 21. ³⁾ v. pag. 3. ⁴⁾ v. pag. 3 annot. 1 et 3. ⁵⁾ v. part. I. pag. 18.

⁶⁾ v. l. I. annot. 5. Ceillier, l. I. tom. V. pag. 599, hæc dicit: „On a aussi publié sous le nom de saint Macaire d’Egypte cinquante homélies . . . Le Père Possin croit qu’elles sont de Macaire de Pispir [sæc. IV.]; d’autres les donnent à celui d’Alexandrie [† a. 404]; le tout sans aucunes preuves considérables. Mais il y en a de très-fortes pour montrer qu’elles sont d’un siècle plus récent que celui de ces trois Macaire, et que l’auteur a vécu non-seulement depuis l’hérésie de Pélage, mais qu’il a même pris parti dans les disputes sur la grâce.“ Qui nuper libros de patribus eorumque scriptis confecerunt, has homilias Macarii Aegyptii esse putant, ut Alzog, Grundriss der Patrologie, Freiburg 1869, ed. II. pag. 259. Neminem autem puto dubitare, quin Dupin(io) assentiatur scribenti, l. I. tom. II. pag. 70: „Quoiqu’il en soit, les cinquante Homélies me paroissent être anciennes.“

⁷⁾ v. part. I. pag. 23 annot. 3.

⁸⁾ v. part. I. pag. 23 annot. 4.

⁹⁾ v. part. I. pag. 23 annot. 2. Dupin, l. I. tom. III. pag. 26, posteriorem homiliam putat potius ad Severianum Gabalitanum († non multo post a. 408) referendam esse (cf. pag. 4 annot. 2). Sed eam Severiani non esse mihi quidem persuasum est. Nam ille vix est dubium quin in quinta oratione „de mundi creatione“ putet, Mariam, Lazari sororem, eandem esse atque Mariam Magdalenam (v. pag. 4), hoc autem loco satis aperte dicitur, non ita se rem habere (v. part. I. pag. 23 annot. 4: „... ἀδελφὴν Λαζάρου προσαγορεύεσθαι, καὶ μὴ θυγατέρα τοῦ διαβόλου φημιζέσθαι“). Ceillier has homilias dicit subdicias esse neque quicquam addit, l. I. tom. VII. pag. 362 et pag. 312.

¹⁰⁾ v. pag. 7 et 8. ¹¹⁾ v. pag. 8 et 9.

¹²⁾ præter Theodorum Mopsuestenum, si quidem verum est, quod de eo tradunt Victor Antiochenus et Photius; nam eo, quem attuli, loco ille nihil dicit, quod ad eam, quæ apud Lucam est, unctricem spectet.

Antiochenus vel potius Theophylactus, Origenes,¹⁾ Titus Bostrensis seu quis scripsit alius, s. Joannes Chrysostomus,²⁾ scriptor catenæ in Marcum, quam putant a Victore Antiocheno compositam esse, Hesychius Hierosolymitanus) aut ipsi quidem existimant (Severus, οἱ ἐξηγησάμενοι τὰ εὐαγγέλια, de quibus loquitur Theodorus Mopsuestenus)³⁾. Dubium autem esse non potest, quin iis, quæ in Evangelistarum descriptionibus inter se sive repugnant sive videntur repugnare, adducti sint, ut a pluribus mulieribus Dominum unctum esse dicerent. Hoc enim ipsi afferunt, cur ita se rem habere censeant.⁴⁾ Nihil autem ab illis scriptum

¹⁾ Hic, licet non omnibus locis idem senserit, tamen semper negavit unam unctricem fuisse.

²⁾ Chrysostomus, cum non sine aliqua dubitatione scribat, quid dicendum esse videatur, illud pro certo affirmat, non unius mulieris ab omnibus Evangelistis describi unctionem.

³⁾ Quamquam non satis constat, utrum hoc loco *ῥασίς* idem sonet, quod sonare solet in libris scriptorum classicorum qui vocantur, necne; v. Kühner, Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache, ed. II. tom. II. § 550 annot. 2 (pag. 876).

⁴⁾ Ut Origenes has affert rationes (Migne, Ser. Græc. tom. XIII. pag. 1721 sqq.): „Dicam tamen ad eos qui arbitrantur unam fuisse mulierem, de qua omnes evangelistæ scripserunt: Putas quod hæc mulier quæ effudit super caput Jesu pretiosum unguentum, sicut Matthæus et Marcus exposuerunt, ipsa et myrrha unxit pedes ipsius, sicut Lucas et Joannes exposuerunt? Non est autem possibile, ut de eadem muliere exponentes evangelistæ, cum essent consummati in eodem intellectu, et in eodem spiritu, et in eadem sententia qui fuerant ministraturi salutem ecclesiarum, contraria sibi dixissent. Si autem aliquis arbitratur ipsam fuisse quæ unxit unguento domini pedes apud Lucam et Joannem, dicat nobis si Maria ipsa erat quæ apud Lucam fuisse scribitur in civitate peccatrix . . . Nec enim credibile est, ut Maria quam diligebat Jesus, soror Marthæ, quæ meliorem elegerat partem, peccatrix in civitate fuisse dicatur. Et putas, quia mulier, quæ secundum Matthæum et Marcum effudit super caput Jesu pretiosum unguentum, eventu non scribitur fuisse peccatrix? Quæ autem secundum Lucam peccatrix refertur, non fuit ausa ad caput Christi venire, sed lacrymis pedes eius lavit, quasi vix etiam ipsis pedibus eius digna, præ tristitia poenitentiam in salute stabilem operante. Et quæ secundum Lucam est, plorat et multum lacrymat ut pedes Jesu lacrymis lavet: quæ autem secundum Joannem est Maria, neque peccatrix neque lacrymans introducitur. Forsitan ergo quis dicet quatuor fuisse mulieres, de quibus conscripserunt evangelistæ: ego autem magis consentio tres fuisse, et unam quidem de qua conscripserunt Matthæus et Marcus, nullam differentiam expositionis suæ facientes in uno [?] capitulo; alteram autem fuisse de qua scripsit Lucas, aliam autem de qua scripsit Joannes: quoniam differt ab aliis mulieribus, non solum in his, quæ scripta sunt de unguento, sed quoniam et diligebat Jesus Mariam et Martham: quamvis et ipsa in Bethania referatur fuisse, sicut et mulier, de qua exponunt Matthæus et Marcus. Tertia differentia est, quoniam Matthæus quidem et Marcus in domo Simonis leprosi hoc factum fuisse exponunt, Joannes autem, quoniam Jesus ante sex dies Paschæ venit in Bethaniam, ubi erat Lazarus, quem suscitaverat Jesus, et fecerunt ei cœnam: et non simul, sed Maria et Martha, forte et Lazarus; et Martha ministrabat, Lazarus autem erat unus ex discumbentibus. Adhuc autem secundum Joannem ante sex dies Paschæ venit in Bethaniam, quando et fecerunt ei cœnam Maria et Martha. Hic autem quando recumbente eo in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier, post biduum Pascha erat futurum, sicut dictum est supra. Restat ut aliquis dicat: Si de altera muliere Matthæus et Marcus scripserunt, de altera autem Joannes, de tertia vero Lucas, quomodo in persona unius mulieris semel a Christo increpati discipuli quasi male indignantes de facto mulieris non se emendaverunt, ut ne super alteram mulierem similiter facientem indignarentur? Propterea sciat quia apud Matthæum et Marcum discipuli indignantur ex bono proposito; apud Joannem autem solus Judas furandi affectu; apud Lucam autem murmurat nemo. Ex his ergo et aliis quæ et ipse poteris observare, certum est quoniam aut sibi contraria dicunt evangelistæ, ut quidam eorum mentiantur; aut si hoc impium est credere, necesse est

est, unde appareat, illam opinionem vel potius sententiam antiquitus esse acceptam.¹⁾ Ac ne ii quidem, qui unam unctricem fuisse existimant, auctoritate videntur niti ætatis apostolicæ. Origenes quidem, qui unus de hac re copiose disputat,²⁾ etiam illos multos, quos tradit ea ætate arbitrari, „unam fuisse mulierem de qua omnes evangelistæ scripserunt“, argumenta sua omnia ex sola s. scriptura sumere docet.³⁾ In qua re non satis constat, utrum illi multi etiam unam unctionem fuisse putaverint an plures. Quamquam Origenes sane de una unctione loqui videtur. Cui qui ætate antecesserunt, eorum, quantum scio, soli Ammonius⁴⁾ et Clemens Alexandrini hanc rem attigerunt, quorum uterque

dicere non de eadem muliere omnes conscripsisse evangelistas, sed aut de tribus, aut de quatuor.“ — Clarus hæc scribit, l. l. pag. 51: „Man meint gewöhnlich, Origenes sei der Erfinder der Unterscheidung der Sünderin von Martha's Schwester . . . Wie kam aber Origenes darauf? Die Heiden gefielen sich darin, bei ihren Angriffen auf das Christenthum auch darzuthun, dass die Evangelisten einander widersprochen hätten. Die Kirchenlehrer [!] suchten nun das Gegentheil zu beweisen, indem sie darlegten, wie einer der Evangelisten in seine Erzählung öfter Umstände aufgenommen, welche der andere mit Stillschweigen übergangen . . . Origenes nun hatte ebenfalls die Evangelisten gegen den Vorwurf des Widerspruches in Schutz zu nehmen, den Celsus ihnen gemacht hatte. Anstatt wie andere Väter die Erzählungen zu vereinigen, ergriff er das Mittel, die evangelischen Thatsachen zu vervielfältigen, indem er sich augenscheinlich überzeugt hielt, er könne damit die Gegner siegreich aus dem Felde schlagen. So entfernte er sich denn auch in der vorliegenden Frage von dem Vorgange des Ammonius und Clemens, welche nach den Erzählungen der Evangelisten nur eine Salbung und ein Weib angenommen, und nahm drei, ja vier verschiedene Erzählungen und eben so viel Frauen an.“ Hæc speciosius quam verius dicta sunt; nam ut omittam, in eo libro, quem Origenes contra Celsum scripsit, me nullum locum invenire, quo Evangelistæ alius ab alio ita dissentire arguantur, ut pugnantia dicant, hic, si id egisset, ut Celsum refelleret, illa scribere non potuit, quæ scripsit: „Ex his ergo et aliis quæ et ipse poteris observare, certum est quoniam aut sibi contraria dicunt evangelistæ ut quidam eorum mentiantur; aut si hoc impium est credere, necesse est dicere non de eadem muliere omnes conscripsisse evangelistas, sed aut de tribus, aut de quatuor.“

¹⁾ Quæ cum ita sint, quis miratur, quod ipsis non satis persuasum est, quot fuerint unctrices. Ut Origenes et Chrysostomus non dubitant illi quidem, quin plures unctrices fuerint, at ille „magis consentit tres fuisse“ (v. part. I. pag. 11), hic scribit (v. part. I. pag. 21): „*Ἡ γυνή αὐτῇ δοκεῖ μὲν εἶναι μία καὶ ἡ αὐτὴ παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς ἕκαστιν, οὐκ ἔστι δὲ ἄλλὰ παρὰ μὲν τοῖς τρισὶ μία τις εἶναι μοι δοκεῖ καὶ ἡ αὐτὴ παρὰ δὲ τοῦ Ἰωάννη οὐκ ἔστι ἄλλ' ἑτέρα τις θαυμασιή, ἡ τοῦ Ἀσζάρου ἀδελφή.*“

²⁾ Migne, ser. Græc. tom. XIII. pag. 1721—1726.

³⁾ Hæc dicit, l. l. pag. 1721 (77): „Multi quidem existimant de una eademque muliere quatuor evangelistas exposuisse, quia conscripserunt tale aliquid de muliere, et omnes similiter alabastrum unguenti nominaverunt. Joannes autem pro alabastro posuit libram unguenti. Sed et quod dicitur: Potuit hoc venundari, et pauperibus dari, dixerunt Matthæus, et Marcus, et Joannes: et quoniam ad sepulturam suam unguentum illud Christus pronuntiavit effusum, ipsi exposuerunt; et quoniam in Bethania in domo Simonis Leprosi factum est, ipsi tres conscripserunt: Joannes autem Bethaniam quidem dixit, ubi fecerunt ei coenam, et Martha ministrabat, et Lazarus unus erat ex discumbentibus, et Maria accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi et cætera. Ex quibus apparet quia ipsi ei fecerunt coenam. Lucas autem, quamvis non leprosum posuit Simonem, tamen Phariseum dixit fuisse, qui rogaverat Jesum ut manducaret cum eo, sicut de nomine eius Dominus ipse testatur, dicens ad eum ibi: Simon, Simon, habeo quid tibi dicere. Multa ergo similitudo et cognatio quedam de muliere apud quatuor evangelistas.“

⁴⁾ Hergenröther in „Wetzer und Welte's Kirchenlexicon“ ed. II. a. 1881. de Evangelicis Harmoniis, quæ ab Ammonio scriptæ esse dicuntur, hæc dicit, tom. I. pag. 751: „letztere [die Evangelienharmonie]

præceptor Origenis fuit. Ille autem, cum in describenda Domini unctione quattuor narrationes Evangelistarum confundit, aperte dicit, semel Dominum a muliere unctum esse, idemque hic videtur sentire. Quod verum esse non potest. Nam ex iis s. scripturæ locis, qui huc pertinent, licet non facile possit effici, utrum una unctrix fuerit an plures,¹⁾ tamen illud apparet, plures fuisse unctiones.²⁾ Maria enim, Lazari soror, eo quidem tempore, quo Bethaniæ Dominum unxit, non fuit peccatrix, quippe quæ dicatur a Jesu diligere, antequam hæc unctio facta est.³⁾ Accedit quod pharisæus de Maria tum dicere non potuit: „οὗτος εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἂν τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνή.“⁴⁾ Apparet autem, facile eo, quod

ist als unächt zu betrachten (Prud. Maran. Præf. in Justin. M. III, 12, 5; Le Nourry, Apparat. I. 553, 554).“ At Dupin non dubitat, quin composita sit ab Ammonio, l. l. tom. I. pag. 120: „Il est certain que ce n'est point l'ouvrage de Tatien, qui avoit retranché les genealogies de Jesus-Christ, qui se trouvent dans cette Concorde. Elle porte le nom d'Harmonie, et elle est attribuée dans le titre à un Auteur d'Alexandrie, c'est ce qui a fait conjecturer à Baronius: que c'est celle d'Ammonius, qui estoit d'Alexandrie, et dont l'ouvrage portoit le titre d'Harmonie. Zacharie Evêque de Chrisopole, qui vivoit dans le douzieme siecle de l'Eglise, qui a fait des Commentaires sur l'Harmonie d'Ammon a suivi mot pour mot celle-ci, ce qui confirme la conjecture de Baronius.“ Assentitur Ceillier, l. l. tom. II. pag. 97, 3, et ne ei quidem, qui nuper huius historiam scriptorum ecclesiasticorum iterum edidit, res dubia videtur esse.

¹⁾ cf. part. I. pag. 3.

²⁾ Tamen non defuerunt ne his temporibus quidem, qui unam unctionem fuisse contenderent, ut Hug, Einleitung in die Schriften des Neuen Testaments, ed. III. part. II. pag. 199, 19 et 20; Schleiermacher, Kritischer Versuch über die Schrift des Lukas, pag. 110 sqq.; Strauss, Leben Jesu, ed. III. part. I. pag. 773—783, qui tamen mirum in modum scribit pag. 783: „Sind demnach die vier Erzählungen nur unter der Voraussetzung zu vereinigen, dass mehrere derselben bedeutende traditionelle Umbildungen erfahren haben . . .“ Weisse, Die evangelische Geschichte, part. II. pag. 142 sqq.; Ewald, Geschichte Christi, pag. 342; Neander, Leben Christi, pag. 345; is, qui de hac quæstione commentationem scripsit in „Hengstenberg's Evangel. Kirchenzeitung“, 1862, tom. LXX. part. I. pag. 385—404.

³⁾ Joan. XI, 5: „ἡγάπα δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν Μάρθαν καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς καὶ τὸν Λάζαρον.“ Quod de iis dictum est, quo tempore Martha et Maria ad Dominum miserunt, qui dicere(n)t: ἴδε δὲ νῦν φιλεῖς ἀσθενεῖ (l. l. v. 3), unxit autem Maria Dominum, postquam Lazarus ab inferis ad vitam revocatus erat, v. Joan. XII, 1 et 2: „Ὁ οὖν Ἰησοῦς πρὸ ἑξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα ἦλθεν εἰς Βηθανίαν, ὅπου ἦν Λάζαρος, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν ὁ Ἰησοῦς· ἐποίησαν οὖν αὐτῷ δείπνον ἐκεῖ, καὶ ἡ Μάρθα διηκόνει, ὁ δὲ Λάζαρος εἰς τὴν ἐκ τῶν ἀνακειμένων σὺν αὐτῷ· ἡ οὖν Μαρία . . . ἤλειψεν τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ . . .“ De hoc ipso loco s. Cyrillus Alexandrinus hæc scribit (Migne, Ser. Græc. tom. LXXIV. pag. 73): „Κατακλητόμενος δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς φησιν, ὅτι ὁ τετραήμερος νεκρὸς συνήσθαι τῷ Χριστῷ, εἰς ὑπόμνησιν τῆς θεοπροποῦς αὐτοῦ ἐξουσίας.“ Illud quoque puto antea dictum esse, quod est apud Lucam X, 42: „ἐνὸς δὲ ἐστὶν χρεια. Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς.“ Modum excedere videtur Origenes, cum scribit, l. l. pag. 1722: „Si autem aliquis arbitratur ipsam fuisse quæ unxit unguento Domini pedes apud Lucam et Joannem, dicat nobis si Maria ipsa erat quæ apud Lucam fuisse scribitur in civitate peccatrix . . . Nec enim credibile est ut Maria quam diligebat Jesus, soror Marthæ, quæ meliorem elegerat partem, peccatrix in civitate fuisse dicatur.“ Cui assentiri non dubitarem, si pro fuisse scripsisset esse. Sed per se quidem nescio an nihil obstet, quominus ea, quæ postea illa tam pia Maria fuit, antea fuerit peccatrix. Fuit qui putaret, locum Lucæ VII, 37: „γυνὴ ἥτις ἦν ἐν τῇ πόλει ἁματωλός“ transferendum esse „mulier quæ fuerat in civitate peccatrix“; de qua re v. K. W. Krüger, Griechische Sprachlehre ed. IV. part. I. § 53, 2 annot. 8. At scriptum est l. l. 39: „Οὗτος εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἂν . . . ὅτι ἁματωλός ἐστιν.“

⁴⁾ Luc. VII, 39.

sunt similitudines quædam inter quattuor unctionis descriptiones,¹⁾ ut eandem unctionem ab omnibus Evangelistis describi putarent adduci potuisse cum alios, tum eos, qui Harmonias conscripserunt Evangelicas.²⁾ Itaque non est mirum, quod Eusebius etiam Cæsariensis et s. Ephræm Syrus omnes unctiones miscent atque confundunt, quorum ille „Canones sive Indices decem Harmoniæ Evangeliorum“³⁾ scripsit, hic „Expositionem Harmoniæ Evangeliorum“.⁴⁾ Quibus Harmoniis Evangelicis cum uterentur multi,⁵⁾ fieri non potuit quin putarent, unam unctionem fuisse.

Quæ cum ita sint, nihil iam attinet quærere, quam sit certus unusquisque testium. Ex iis autem, quæ dixi, efficitur, omnia in sola hominum opinione posita fuisse.

Sequitur, ut de Magdalena dicendum sit. Primum igitur eos locos afferre placet, qui præsidio sunt sententiæ eorum, qui Mariam Magdalenam non distinguendam esse putant a Maria, Lazari sorore, aut a peccatrice.⁶⁾ Quæ non discernuntur in „Origenis de Maria Magdalena homilia“, in qua aperte dicitur, Magdalenam fuisse peccatricem Mariam, Lazari sororem.⁷⁾ Sed hæc homilia sine dubio composita est ab aliquo Latino, qui post Gregorium Magnum videtur fuisse.⁸⁾ Idem atque illum Faillon contendit s. Ephraem Syrum († c. a. 379) sentire,⁹⁾ quod antea mihi visum est non satis constare,¹⁰⁾ nunc, posteaquam iterum totam illam „Parænesin quartam“ perlegi, sine ulla dubitatione verum esse negaverim. Ac ne is quidem, qui librum illum de virginitate conscripsit,¹¹⁾ quem non recte s. Basilii Magni († a. 379) esse putatum est,¹²⁾ cum de peccatrice Maria loquitur, Magdalenam designat.¹³⁾

Nihilo magis ullus invenitur locus, unde effici possit, Magdalenam fuisse peccatricem. Sunt autem, quibus dicatur, Magdalenam eandem esse atque Mariam, Lazari sororem. Hoc ipso quidem nomine appellatur in illo libello, quem sine nomine auctoris editum Faillon contendit sæculo octavo scriptum esse.¹⁴⁾ At quattuor minimum sæculis post compositum eum esse satis probasse mihi videor.¹⁵⁾ In eadem sententia, licet Magdalenam non

¹⁾ v. quæ ab Origene scripta sunt, pag. 22 annot. 3.

²⁾ cf. quæ dixi part. I. pag. 13.

³⁾ v. part. I. pag. 13.

⁴⁾ v. Fessler, l. l. tom. II. pag. 19; Nirsehl, Lehrbuch der Patrologie und Patristik, Mainz 1881, tom. I. pag. 161.

⁵⁾ v. part. I. pag. 13.

⁶⁾ In hac quidem re nihil invenitur, quo videri possint scriptores Græci putare, tertiam unctricem fuisse eam, a qua Dominum unctum esse tradunt Matthæus et Marcus.

⁷⁾ v. part. I. pag. 12. ⁸⁾ v. pag. 19 annot. 14. ⁹⁾ v. part. I. pag. 15. ¹⁰⁾ l. l.

¹¹⁾ v. part. I. pag. 17.

¹²⁾ v. part. I. pag. 17 annot. 1 et part. II. pag. 18 annot. 4.

¹³⁾ Eo loco quæ scripta sunt: „*Ἐξ ἧ μὲν οὖν πνεύματι, καὶ πνεύματι στοιχοῦσα, καὶ περὶ τὸν νυμφίον ἅπαντα ὑπὲρ τῶν ἑαυτῆς ἁμαρτιῶν μετὰ συνέσεως πράττουσα*“, ea primo quasi aspectu videri possunt de Magdalena dicta esse. At ex iis, quæ sequuntur: „*Νεκρὰ δὲ ἦν τῇ ἁμαρτίᾳ τὴν τοῦ θεοῦ τε καὶ ἀδελφῶν ἐννοίαν ἐπὶ τῆς ἀφ᾽ ἑαυτῆς τῶν ποδῶν καὶ τῶν φιλημάτων ἐμφορῶς νεκρώσασα. Ἀντίσθω οὖν, φημί, ἡ τοιαύτη, εἴ τίς ποῦ ἐστι καὶ τοιαύτη*“, apparet, imagine scriptorem uti et de sola unctione loqui.

¹⁴⁾ v. pag. 15. ¹⁵⁾ v. pag. 15. annot. 6.

nominaverit, haud dubie fuit Apolinarius Laodiceus¹⁾ († c. a. 380). Neque dubitandum esse puto, quin idem videri possit persuasum fuisse Severiano Gabalitano²⁾ († non multo post a. 408); sed vereor, ne auctor levis sit nec satis fidus.³⁾ A quibus etiam stare dicuntur Hesychius Hierosolymitanus⁴⁾ († saec. V.) et Anastasius Sinaïta⁵⁾ († c. a. 700); sed fac neminem non videre, quid quæ huc spectant verba valeant, dubium est, utrum ab illis scripta sint an ab aliis.⁶⁾

At contra nominatim discernuntur Maria Magdalena et Maria, Lazari soror, in Constitutionibus Apostolicis quæ vocantur (saec. III.)⁷⁾ et in homilia „in mulieres unguenta ferentes“, quæ ab Joanne Thessalonicensi (c. a. 680) scripta est.⁸⁾ Vix autem magis lucide loquuntur hi, quam is, qui homiliam „in Martham, Mariam, Lazarum et in Eliam prophetam“ composuit⁹⁾ (saec. ?).¹⁰⁾ A quorum sententia non abhorre videtur s. Cyrillus Alexandrinus¹¹⁾ († a. 444).

Idem Cyrillus sine dubio Magdalenam aperte distinguit a peccatrice.¹²⁾ Magis etiam has internoscit Modestus¹³⁾ (saec. VII.). Is autem, qui homiliam „in pharisæum et meretricem“ scripsit¹⁴⁾ (saec. ?)¹⁵⁾, ungentis meretricis nomen ignotum esse dicit. Ipse quoque s. Joannes Chrysostomus († a. 407) non eandem esse videtur Magdalenam putare et peccatricem.¹⁶⁾ Idem dicendum esse puto de eo, qui sine nomine edidit librum de locis Hierosolymitanis¹⁷⁾ (saec. ?)¹⁸⁾

Ad hanc rem nescio an quis opinetur testem citari posse etiam s. Gregorium Nazianzenum († a. 389), qui videri possit discernere Mariam Magdalenam et peccatricem

¹⁾ v. part. I. pag. 17 et 18. Græca eius verba sunt hæc (in Catena Patrum Græcorum in sanctum Johannem... nunc primum in lucem edita... a Balthasare Corderio... Antverpiæ... MDCXXX pag. 392 ad cap. XII.): „Εκκλησίας τύπον ἡ Μαρία ἐπιτελεῖ τῆς ἐξ ἐθνῶν (δηλαδή ἐλευθερωθείσης ἀπὸ δαιμόνων, ὡς ἀπὸ ταύτης ἐπὶ δαίμονια ἐξεληλύθει) προσφερούσης εὐωδίαν τὴν πίστιν τῷ τοῦ Χριστοῦ θανάτῳ, καὶ ἀναμασσουμένης παρὰ Χριστοῦ δύναμιν εἰς τὴν ἑαυτῆς κεφαλὴν, διὰ τῆς περὶ αὐτὸν σπονδῆς τε καὶ ἀγάπης θεραπευτικῆς, ἡ ληρούσης τε τὸν κόσμον ἅπαντα τῆς εὐωδίας, ὡς καὶ Παῦλος φησί, Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ θεῷ.“ Is, qui iterum edidit Ceillier, scribit (tom. V. pag. 89): „Les Chânes des Pères, publiées en grec par Cramer, à Oxford, contiennent des fragments d'Apollinaire sur saint Mathieu, saint Marc, saint Luc, saint Jean, sur les Actes des Apôtres, sur l'Épître de saint Jacques.“ Cf. tamen, quæ de Apolinario dixi part. I. pag. 18.

²⁾ v. pag. 4. Non recte igitur Tillemont, Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique des six premiers siècles, Bruxelles MDCXCV, tome second, première partie, hæc scribit pag. 323: „Que jusqu'à Saint Grégoire, il est difficile de trouver quelqu'un qui ait dit que Madeleine fut l'une des deux autres“ et pag. 514: „Peut-être aucun Grec ne l'a jamais fait, hors Apollinaire, qui est assez obscur.“

³⁾ v. pag. 4 et 5.

⁴⁾ v. part. I. pag. 20 annot. 5 et part. II. pag. 5 annot. 6.

⁵⁾ v. part. I. pag. 20 annot. 4 et part. II. pag. 5 annot. 6.

⁶⁾ v. pag. 5 annot. 6.

⁷⁾ v. part. I. pag. 6; cf. etiam Nirschl, Lehrbuch der Patrologie und Patristik 1881, tom. I. pag. 73.

⁸⁾ v. part. I. pag. 23 annot. 5 et part. II. pag. 14.

⁹⁾ v. part. I. pag. 23 annot. 4: „Ἡ Μαρία . . . ἐδίδασκε . . . ἀδελφὴν Λαζάρου προσαγορεύεσθαι, καὶ μὴ θυγατέρα τοῦ διαβόλου φημίζεσθαι.“

¹⁰⁾ v. pag. 20 annot. 9. ¹¹⁾ v. pag. 8; cf. etiam, quæ dixi pag. 8 annot. 3. ¹²⁾ l. l. ¹³⁾ v. pag. 13.

¹⁴⁾ v. part. I. pag. 23 annot. 3. ¹⁵⁾ v. pag. 20 annot. 9. ¹⁶⁾ v. part. I. pag. 23 annot. 6. ¹⁷⁾ v. pag. 16.

¹⁸⁾ v. pag. 15.

et Mariam, Lazari sororem.¹⁾ Hoc unum addo, aliquot scriptores, cum de Maria Magdalena loquantur, maximam occasionem nactos nihil dicere, quod ad Mariam, Lazari sororem, aut ad peccatricem spectet.²⁾

Hæc habui de scriptoribus Græcis quæ dicerem. Neminem autem esse existimo, qui, cum libero iudicio hos libellos perlegerit, licet in interpretandis singulis locis nonnunquam dissentiat, non assentiatur mihi de universa re dicenti, apud scriptores Græcos de quaestione Magdalenica nullam fuisse traditionem quam vocant historicam.

¹⁾ v. part. I. pag. 19. At ille nihil aliud agit nisi de iis Christi miraculis, quæ s. Lucas tradit, deinceps loquitur: *δαίμων* et *πυρετός* sunt apud Lucam cap. IV, *λέπρη* et *παράλυσις* cap. V, *χειρ παραλῆν* cap. VI, *ἐκατοντάρχοιο παῖς* et *χήρης τῆς ἐν Ναζαυ* vides et *ἡ μύρω χρίσασα ἀγροῦς πόδας* cap. VII, *ἀνέμοι καὶ λεγέων* cap. VIII.

²⁾ Origenes (part. I. pag. 13 annot. 2), Eusebius Cæsariensis (part. I. pag. 14), Hesychius Hierosolymitanus (part. II. pag. 5); cf. etiam ea, quæ dixi de Chrysostomo (part. I. pag. 23) et de Nonno (part. II. pag. 10).

